FEDERICI SCOTI COMITIS ET IVRISCOSVLTI PLACENTINI AD RVBRICAM PANDECTARVM DE OPERIS NOVI NVN- TIATIONE LIBER.

Eiuſdem Reſponſum in materia, Vſufructuarius quemadmodum caueat.
Eiuſdem Tyrocinium Ferrariæ apud collegium Iuriſconſultorum factum ante inſignium accceptionem.
Eiuſdem pro inſignibus oratio.
Eiuſdem pro cooptatione in collegium Placentinum oratio.
Eiuſdem Reſponſum pro familiæ Scotæ immunitate.

ΣΥΓΓΝΩΜΗ ΠΡΩΤΟΠΕΙΡΩ.
id eſt,
VENIA PRIMVM EXPERIENTI.

BIBLIOTECA NA. ROMA VITTORIO EMANU.

VIRTVTE DVCE — *COMITE FORTVNA.*

VENETIIS apud Ioan. Gryphium.
M D XLVII.

Heraclitus habet cognomen triſte Scotini,
Vocibus obſcuris quòd ſua dicta tegit.
At Scotus hic ſummus puri ſermonis amator,
Illuſtrat claris dogmata cæca notis.
Vnde tulit uerſo cognomen in optima ſenſu.
Hoc ideò lector te uolo præmonitum,
Ne librum ponas hunc ſuſpicione ſiniſtra
Nominis ad primum corde micante ſonum.
Nil tamen hinc laudis poſcit. neſcire latine
Turpe quidem Cicero, ſcire tenemur ait:
In Bruto & lib. de orat. 3. *Laus igitur nulla eſt. at flos audaculus æui*
(Quina expleturus qui prope luſtra diem eſt,
Quid'ni uer agat ætatis?) quod fudit acerbi
Denique maturum ſerior hora dabit:
Vt quondam fœtus acidos coquit annuus orbis,
Qui capiant oculos, & ſimul hora iuuent.
Præcoqua ſunt autem noſtris nihil uſibus apta,
Quòd ſubitò, flaccent, præpropereq́; fluunt.
Res tempeſtiuum bene habet, cum quæque gradatim
Dat ſpecimen: tulerat qui peracerba puer
Hic fore dixerunt, uti poſt dulceſceret annis,
Suaueq́; præſtaret tempore quidque ſuo.
At qui ſe mitem monſtrarat penè ſub ortum,
Imponens legulis putruit ante diem.

HERCVLI ATESTINO Ferrarienſium, Duci ſpecioſiſſimo, Federicus Scotus Comes & Iuriſconſultus Placentinus. S.

Suadet mihi triplex ratio Dux generoſiſſime, ut editurus in præſentia quoddã ingenii, ſtudiorumq; meorũ ſpecimen, hoc qualecunq; eſt, nemini potius nuncupẽ, quã tibi. Prima eſt, ut ex amplitudine dignitatis tuæ, et illuſtri lãpade ã tuis maioribus tibi per manus tradita, lumẽ ingens meo huic opuſculo accẽdam. Tantum abeſt ut bona quæ tibi larga manu cæleſte numen largitum eſt, debeamus nos ſacra literarum colentes ornare uerbis, & ſoli (quod habet uerbum uetus) admouere facem. 6. q. 1. ſi omnia. Ego quidem certè hoc unum me profiteor ſpectare, ut nominis tui ſplendor primitiis hiſce meis gratiam, èxiſtimationemq; apud omnes peræquè conciliet. Altera eſt, ut cui multum debeo, eidem debeã plurimum. Quod animi (ut ait Cicero) ingenui ſemper habitum eſt. Neſcius enim non ſum, quo apud Alphonſum parentem tuum, itemq; auum Herculem magnanimos heroas loco fuerint Ioannes auus meus, & patruus Annibal cognomento Barraffus, cui idem Alphonſus luculentas ædes in Angelis dono dedit, quas amita mea Flordeliſa poſſidet hoc tempore, eiusq; liberi deinceps apud te Princeps ampliſſime, tum quàm honeſto decreto idẽ ille tuus parens Alphfonſus Antonium Mariũ patrem meum cum omni poſteritate in Ferrarienſem ciui

*tatem adſciuerit. id quod abundè declarat quàm indul-
genter Eſtenſis domus in clientelam receptos habere
conſueuerit. His tot, ac tãtis muneribus a te uir Ate
ſtine, tuiſq; maioribus in familiam meam collatis acce-
dit facultas conceſſa tui nominis huic libello præſcriben
di. Quo nomine tantum equidem tibi debeo, ut putem ac
cedere nihil poſſe. Nec enim iam gratior ulla eſt.*

Verg. in Bucol. *Quam ſibi quæ ueſtrum præſcripſit pagina nomen.*

*Quod ipſum Manardi, Calcagnini, Braſauoli, Rimi
naldi, Gyraldorum Arioſti in ſuo genere perfectiſ-
ſimi & aliorum illuſtrium uirorum, monumenta teſtan
tur. Tertia eſt, uti iuxta Catonis oraculum et Ama-
ſis Aegyptii regis autore Herodoto, Corinthiorũq;*

Eraſ. li. 2. i chil. adag. 844. *Diphilo teſte legem uitæ meæ, et literarii ocii apud te,
cuius penè in oculis fui quadrienniũ Alciati, eorumq;
quos ferrarienſis ciuitas iuris pontificii & ciuilis peri
tiſſimos tulit, auditor, reddam rationem. Hic autem li-
ber uitæ umbraticæ non ignauiter actæ dabit teſtimo
nium: efficietq; (ſicut ſpero et opto) ut ne uidear ſom-
no magis domi me, quam doctrinis liberalibus dediſ-
ſe. Eſt porrò aſſidua ſtudiorum uſurpatio*

Lib. odyſ. 9. Τραχεῖ ἀλλ' ἀγαθὴ κουρότροφος,

*ut inquit de Ithaca agens homerus. Reliquum eſt por-
rò ſpectatiſſime Princeps, ut antiquum obtineas in hæ
reditaria clientela fouenda, diſcaſq; ab uno ſcotos om-
nes amplitudini tuæ multò eſſe deditiſſimos. Deus opti
mus maximus tua regat, & ſecundet uota Dux præ-
cellentiſſime. Datum Placentiæ Cal. Octobr. Anno.
M D XLVII.*

FEDERICVS SCOTVS COMES ET IVRISCONSVLTVS PLACENTINVS PHILONOMIS S. D. P.

POST decurſum ex quo ad iuris ſtudium me
contuleram, ſeptennium, quod tempus ſatis
eſſe ad capeſcendã ciuilẽ ſapientiã uulgo cre-
ditum eſt, recte, nec ne alii uiderint, cũ antiq
reciſius ẽt tẽpus utpote quinquenniũ ad ſum
mum præfiniuiſſent, tum quidẽ non iniuria, In proœ. ff. §. ſed
(quod ait Tudiſcus) cum interpretes ambagi qa uerſ. & in qn
bus ſuis nondum ius noſtrum ad priſcam in ti. Abb. i proœ.
finitatem reuoluiſſent: ætatis autem uiceſi- Decret. 2. col. 8.
mumquintum annum, quem qui tranſegerit,
eum diſcere amplius negant præſum: quan- Bar. l. 1. c. q æta.
quam mihi ſupererant adhuc pauculi menſes ad ſpatium illud conficien- uel profeſ. ſe ex-
dum edito in uitam ineunte anno altero à uiceſimo ſupra milleſimũ quin- cuſ. li. 10.
genteſimum. P. S. nempe quarto nonas Ianuarias: accepi Ferrariæ hoc
ipſo anno ſeptimo Idus Iulias tyrocinio apud collegium iuriſperitorum
facto inſignia ab Andrea Alciato Principe huius memoriæ iuriſconſulto
rum, & omnium bonarũ artium theſauro. Quibus acceptis in patriam con
tinuo ſum reuerſus, ubi cum nullis inhiarem capturis, nec alerer ſanguine
litigantium, offendi tandem hirudines quaſdam forenſes humano cruore
diſtentas, monedulasq; togatas uel harpyias ſi mauis,

Quarum uirginei uultus, fœdiſſima uentris Virg. 3. Aeneid.
Proluuies, uncæq; manus, & pallida ſemper Ora fame: lib.

Seu Autolycos ad oẽ furtũ ingenioſos, qui facere aſſuerunt, (ut ait Ouid.)

Candida de nigris, & de candentibus atra: Lib. 11. meta. c.

Et quibus uel hyeme pendet uindemia nouis ex cauſſis ſubinde moras nec uæ qui ii. 9. 3.
tentibus ad ſuſpendendas lites perpetuitate mirabili, iudicibus Bunæ ue- Eſa. c. 5.
tus exemplum longe tamen alia mente reuocantibus, adeoq; litigantes mo Eſa. cap. 3. uerſ.
leſtia & ſumptu plectentibus, ut eum quoque pœniteat ſecundum quem uos enim
denique lis datur, & haud dubie perierit, ſi ſic iterum uicerit, ut & rex Pyr
rus olim queſtus dicitur, itemq; Amurathes Turcicus Imperator:

οὐδ' οἱ ἀναιμωτί γ' ἐμάχοντο, ait Homerus, & Maro, lib. Iliad. 17.
Troianis inquit, cum multo gloria uenit li. 11. Aeneid.
Sanguine: ſtant illis ſua funera, parq; per omnes Tempeſtas

Siue Homerum is æmuletur, ſiue ad Pyrrhi dictũ alludat, uel potius utro
que nutet: Quos propter etiam de uia deflectentes, deiq; ſecuros Home-
rus ait ſolere numen ſæuire & late aquis & grandinibus uaſtare omnia. lib. iliad. 16.
Offendi inquã nonullos lauerniones qui uerſificationẽ, & latinam oratio-
nem, nec non hiſtoriarum notionem, & ſi qua alia pertinent ad manſuetio
ra ſtudia mihi alieno tamen iudicio (nam extra Bartholi aliorumq; inter-
pretum compendia ad leges, & annotamenta proletario ſermone cõcepta,
ſapiunt alieno ex ore, petuntq;

Res ex auditis potius, quàm ſenſibus ipſis

ut inquit Lucretius) concedentes, tamen me legibus imbutum eſſe id uero li. 5. de re. natu.
pernegarent, totumq; tempus mihi nugis deperiſſe autumarent ſuis ex

moribus alios iudicantes,& ſuo ex ingenio metientes quæq; ipſi uel tardi tate conſequi nequiuere,uel auiditate lucroſæ artis quamprimum perdiſcendæ noluere, cæteris aut detrahẽtes, aut iuris ſcientiæ loco reponentes,quaſi nequeat idem,& peritia iuris haud ipſis eſſe inferior, & plurima tueri præterea, ad quæ noctuini iſtorum oculi tanquam ad ſolem aduerſum caligent, quorum(ut Catulliano uerſu agam)inimica bonorum

Lingua execta auido ſit data uulturio

Proinde(ut ait Plautus in Pœnulo)

Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus,
Vt quæſtui habeant male loqui melioribus

Horum ego quibus quaſi pueris qui nare diſcunt, ſcirpea inducitur ratis Bartholus,& ſimiles,peruicaciam, uel temeritatem uerius, cum audeant de eo pronunciare,cuius nihil neque audierunt,neque legerunt, uti reuincam,ſi tantum mihi ſuppetet uirium, ſtatui edere opuſculum quoddam inelaboratum,& quod ab annis ſpectari meis uelim: quanquam ſcio Bar-

Bar. commẽ.in .l.ſi is q pro em pto.ff.de uſuſ ea.
Alciat.libro pa- radox.

tholum & Alciatum hac ferè ætate,qua ego ſum, nobilia quædam interpretamenta edidiſſe. At hoc uix meæ ſenectuti ego auſim optare, quæ noſtri eſt ingenii exiguitas. Adde quod libellus hic à me inter diſcendum confectus eſt,ut iam ego non ad docendum, ſed ad tentandum potius an id agerem quod agebam,id eſt an ne diſcerem aliquid uideri poſſim, & debeam hoc feciſſe: itaq; à me nunc eduntur hæc ipſa, ut tanquam à ſemidocto tyrone profecta apud reliquos adoleſcentes in aleam diſputationis uocentur: à quibus me uinci, ut qui cum paribus colludam, nunquam non æqui,boniq; faciam. Meminerint tamen inſtare nobis certamen non de uita,& ſanguine,ſed de gloriola neſcio qua,quæ non tam expetenda,quam non repellenda eſt homini præſertim nobili,quem decet contentum eſſe una laborum mercede gloria. cõuitiis igitur,& omni indigna hominibus

Cic.lib.de finib. bo.& malo.

doctis petulantia,morſuq; uiperino abſtinendum,omnia candide interpretanda ſunt: Quoties autem ſuberit aliquod erratum amice qui poſſunt, caſtigent,non acerbe inſectentur,quaſi hoſtes,ubi habent muros. Alias & ipſi ſagittis crura ſunt præbituri,ſi inglorii nolent uiuere: aliquidq; fuerint auſi. Tum denique quod dederint,cumulatiore menſura iuxta Heſiodium

In li.cui tit. opera & dies.in chiliad.adag.qui q̃ uult dicit.
Li. Aeneid.3.
Iaſ.l.ſi ex toto §. ſi ita legatum.ff. de leg.1. i auth. ut fil. fratr. ubi glo.in prin. pro uerb.9.&.13.23 q.6.c.uides.
Eſa.c.53.c.ſi .n. col.3.diſtin.2.
Ioã. Andr. i proœm. lib.6.

carmen facile recipient,reſponſumq; illud erit,non dictum. quanquam iaculum non uerbum contra parabimus,& petemus (ut aiunt) iugulum. ſi enim fuerit iniuria,nec temeritate aut contumelia uacauerit correctio, rationibus inſtructi obuiam ibimus à maledictis temperantes. Sin iuſta repræhenſione percellemur, de conſilio Anchiſæ Maroniani.

Cedemus uero,& moniti meliora ſequemur.

Erramus om̃es in errore niſi inſipiens perſeuerat nemo. nec corrigere erratum pudere nos debet.

At indignum aliquid nobis audientes,par pari quod mordeat,non referemus,ſed magis obmuteſcemus,uelut agnus tonſori commiſſus nihil hiſcit. Sunt enim eæ chriſtiani hominis partes. Cæterum quod ſupra inuectus ſum in extorſiones nummorum,non ea mente id egi,ut confirmarem interdictum eſſe aduocatis ex patrocinio cliẽtibus præſtito honorarium nam propemodum eſſet hoc tyrrannicum,labore noſtro aliquem frui immunem: nec iuriſconſulti ueteres omnino gratuitam impendebant operã (id quod ab aliquibus obiectum ſcio)cum honorem de Fiſco acciperent

nonnullosq́ ſuſtentarent auditores ſui, ut Maſurium Sabinum teſte Pomponio: Sacerdotibus etiam qui diuina ſerunt, humana metere permiſſum eſt: operariis æque ſubtrahenda merces non eſt, nec boui trituræ uacantios obligandum: ſed propter eos capitales ſanè ciuitatum peſtes, qui huius ſtudii finem non legitimæ, atque uſitatæ in cauſſis, rebusq́ ciuium æqualitatis conſeruationem eſſe putant, ſed aut ſordidam meritoriæ, & ueluti proſtantis uocis altercationem, aut ſtyli mercenarii ſaccularíam illam operam. cuius mercedem chartulatim æſtimant, & efflagitant parum liberaliter. chartas autem literis trientalibus complent, interſtitiis uerſuum ſeſquipedalibus, credo, ne quid obiter fallat iudices eorum iuſtitiam, & litigatorum iura pellegentes. Quos niſi hiſtoriarum teneret ignoratio, probabiliter exiſtimaret aliquis ex illiberali facto. C. Caligulæ cautiores euaſiſſe.

Dud. i pri. anno tatio. l. 2. ad fin. ff. de orig. iur. l. ad corinthi. c. 9. 1. ad timoth. c. 5. Mat. 10. luc. 10. Deut. c. 25. 88. diſtin. quoniã. 13. q. 1. c. ec cleſias. c. 1. de ſe pult.

Proſcripſit is quandoque legem ſanè quàm exilibus literulis, oculorumq́ aciem ſuffugientibus, ut populus facile parum perſpectam uiolaret. Quod ne in priuatarum quidem rerum proſcriptionibus fieri patitur Vlpianus: cui forte inherentes boni iſti uiri nolunt cauſari iudices poſſe lectionis difficultatem, & querere ſicut apud Plautum aliquis nunquid gallinæ manus habeant. Huc accedit quod omnia ſua cauſa non ciuium facientes, ideoq́ iuris ſe ciuilis ſtudioſos falſo uenditantes, ut Cicero in quadam epiſtola ad Trebatium iuris autorem iocabundus ſcribit, optãt inter ciues diſſidium, compoſitam pacem diſiiciunt, uel intercedunt mox componendæ, belli ſerunt crimina. Nihil enim non creditur ipſis à lauerna illud exorantibus,

Trãquil. Sueto. in calig. l. ſed & ſi pupillus. §. 1. ff. de iſti. act. fac. c. erit uer. manifeſta quoq3. 4. diſtin. l. 2. §. exactis. 1. uerſ. pro roſtris propoſuerũt. ff. de orig. iu. In Pſeudo.

Da mihi fallere, da ſánctum, iuſtumq́ uideri:
Noctem peccatis, & fraudibus obiice nubem.

Quanquam hoc temporis cauſſa. Nec enim huiuſmodi rapinas cùm raptoribus una fore ꝑpetuo clàm Dea promitteret, aut præſtare, ſi polliceretur, poſſet. Sic fit, ut regnũ poſſideant: diciq́ ad unũquenque iſtorũ queant illa,

Horat. li. epi. 1.

Tu potes unanimes armare in prælia fratres
Atque odiis uerſare domos: tu uerbera tectis,
Funerasq́ inferre faces: tibi nomina mille
Mille nocendi artes,

Virg. 7. Aeneid. lib.

Loquor autem de improbis & quibus muſarum ueluti ſterilium cõtemptoribus ſtudii huius prora, & puppis eſt pecunia: quiq́ uirtuti nõ honorem præmium, ſed prædam petunt: nec omnes una (quod dicitur) pertica metior. Sunt enim qui ingenue cauſſis operentur, etſi rariores, eoq́ nomine Diis hominibusq́ iuuantibus euadant clariſſimi, & peræque ſuis gratiſſimi ciuibus. Sunt etiam qui nihil morantes àduocationum ſtipem, aut capturas rerum iudicandarum, cognitionem iuris ſuo ex animo, ac cõtemplatione & ſcientia petant. Ego (ut de me loquar) non ideo legibus aſſidue incumbo, ut aſſiduus fiam, & pecunioſus, aurumq́ formica uelut indica conuehã: & ſicut Midæ Phrygii quondam, ita hodie meo contactu omnia fiant aurum: ſed potius uti à libris in dies abeam doctior, & mihi primum, ne incidam in illud Ennianum, Ne quicquam ſapere eum, qui nequeat ſibi prodeſſe, dein amicis genere hoc ſcientiæ caueam, & quando re haudquaquam poſſum, licet enim me portet equus, haud tamen alit rex, nec ita multum de tenui meo uectigali detractis ſumptibus cupiditatis redundat, certe conſilio multos iuuem, unde nihil mihi depereat. Quaſi enim lumen de meo lumine accendam, nihilominus mihi ut luceat, cum reliquis accendero.

Glo. §. itẽ ſurdus inſtit. qbus nõ ẽ p. fac. teſt. Bar. l. oẽs ppli. 5. qu. princ. de iuſt. & iu. Iaſ. uer. tripli nu. 57. iſt. de act. glo. l. ab Anaſtaſio. C. mand.

Quid præterea cupiam,niſi ut quotidie diſcens aliquid fiam ſenex, & condiam ætate ſapientiam? Nam ſapientiæ ætas condimentum eſt. Denique ſolam hanc optimam uiuendi rationem eſſe duco. Nec uidetur illud meo genere indigniſſimum eſſe,

Plautus in Trinum.

Nec mi aurum poſco,nec mi pretium dederitis.

l. apud Iulianũ ff. de fideicom. liberta.

Enn. apud Cice. lib. offic. 1.

Quanquam non negauerim cum fragilis ſit, atque fluxa opum ipſarum poſſeſſio,maluiſſe me incertis,& poſitis in caſu rebus diffidentem aliquid mihi parare eiuſmodi,quod niſi cum uita non eſſem amiſſurus, & unde ſi opus eſſet honeſte uictum quærerem. An non Dionyſium poſteriorem cũ regno excidiſſet ludum aperuiſſe Corinthi, & famem arte (quod ait Ouidius) humili repuliſſe accepimus? Sic Nero cũ ſibi fuiſſet à Mathematicis prædictum fore,ut imperio deſtitueretur,ſtudium Muſices enixius coluit, quo demum ad inopiam redactus,haberet,unde toleraret uitã. Artẽ enim quæuis alit regio.quod uerſus quidam græcus habet,quem ille ipſe identidem uſurpabat. Dum tamen per ſecundum fortunæ curſum licebit,futurum eſt apud nos diſcrimen inter officium nobile, & mercenarium. Nec unquam ad hoc extremum niſi neceſſario,& ui maiore coacti, uel aliquo meliore conſilio in ſpeciem literis habiti honoris,& uti alia aggrediamur uia,ſi hac non ſucceſſerit eum nobis ſtatum comparare in quo iuuante Deo conſtituti ualeamus afferre quamplurimis adiumentum,ueniemus, illud autem mihi uitio uerti nolim quod aliquãdo cum præceptore meo diſſentio,eumq́; cito nominatim, cum uideatur aliquibus futurum modeſtius fuiſſe,ſi hominis nomini pepercissem. Nam præterquam quod ipſe hoc expreſſim condonat omnibus: tum aliquid tale honeſto fit exemplo, adeo ut Celſus alibi parentem ſuum nominatim refellat. Toleratur enim in cauſſis publicis uel inter ſanguine & animo coniunctiſſimos citra acerbitatem,& ſalua caritate diſſenſio. Deinde cum eius ueſtigiis eſſem ingreſſus ad controuerſiæ alicuius diſputationem, qui potui inter differendum ab eo per nebulam diſcrepare? Adde quod obuiũ ſtudioſis eſſe uolo,unde res ipſas excerpſerim,ut facile adeant locos,expendantq́;.nũ ego in depræhendẽda acutiſſimi hominis ſententia (ut facillime potui) ſim hallucinatus. Auertit enim Deus, ut certandi cupidus hoc faciam, ac non potius propter amorem,

lib. 4. de Ponto.

In l. dedi. §. ſi qs ff. de cond. ob cauſ.

Lucret. li. de re. nat. 3.

Quod te imitari aueo: quid enim contendat hirundo
Cycnis? aut quid nam tremulis facere artubus hædi
Conſimile in curſu poſſint, & fortis equi uis?

In proœ. 6. lib.

Imo niſi ius tractem (licet hic quoque Ioannes Andreæ filius idem fecerit) teſter,ſi quid ſecus atque doctor meus,ſentiam irritũ eſto. Sed nimis magna res eſt ius,nimisq́; periculoſa in eo palinodia,ſeu cuiuslibet rei academica ſuſpenſio. gaudebo tamen ſi forte conuicerit aliquis hæc noſtra ſaniore iudicio. inſolidoq́; Alciatum & reliquos antiſtites iuris collocauerit: nullicq́; uidebor ſic quoque pluſquam dolium uerſaſſe. Siquidem & illũ excitauero,ampliſſimiq́; uiri ſua mole ſteterint,& ſcrupulis aliquot me leuauero. Datum Placentiæ Cal. Octob. Anno. M D X L V I I.

FEDERICI SCOTI CO-

MITIS ET IVRISCONSVLTI PLACENTINI, AD RVBRICAM PANDECTARVM, DE OPERIS NOVI NVNCIATIONE, LIBER.

CVM interpretari aggrediar unũ ex tractatibus, quos Iuſtinianus noſter in ſextam Digeſtorum partem coniecit in articulos ſeptem iuris corpore diſtincto,[a] nihil neceſſe eſt à me pleraque in præſentia referri, q̃ ſolent ab iis, qui alicuius operis ſunt interpretationẽ facturi.[b] Quod frequentius apparet obſeruatum. Quamobrem ad Rubricam Edicti, quæ prima nobis fit obuiam, pergamus, ne ſi ſine aliqua proluſione ad Edictum properemus,[c] de curriculo & conſuetudine maiorum deflectere uideamur,[d]. Rubricam igitur noſtram quincupertitò Bartholus accipit. Primum Chriſti nomen inuocatur. Deinde ſubiicitur Iuſtinianus uti princeps, & autor tanti muneris. Poſt annectitur ſcripti materia, nempè ius enucleatum. Deinceps nomen huic tomo cum ſuperioribus commune, itemq; alterum eiuſdem proprium collocatur, declaraturq; operis in plures libros diſtributi, & connexos tractatus multiplices aptius quàm fieri posſit, concludentis forma.[e] Poſtremo ſeſe offert Edicti inſcriptio, De operis noui nuntiatione. Quæ ſingula nituntur optimis rationibus, quas attingere nihil à propoſito fuerit alienum. Principio igitur ab iis qui hoſce libros conſarcinarunt implorari Chriſtum oportuit, ut pote Chriſtianis,[f] uti eius ope fœliciter exordirentur, cæptoq; negotio fauſtus daretur exitus.[g] Quod moris ueteres (ut ferebat cuiusque religio) non Poetæ modò, ſed oratores etiam, cæteriq; ſcriptores antiquisſimis temporibus ſeruabant. Quod eorum monumenta declarant.[h] cum populis quoque ſuis conſilium reges capturos de quapiam re ſumma numen præfari ſolitos accepimus. Sic teſtamentum condituri præfabantur ominis cauſſa, hoc bene ſit. Denique nihil ferè quondam maioris rei, niſi auſpicatò, ne priuatim quidem gerebatur, ut ſcribit Cicero. Fuit autem Iuſtiniani nomen duabus de cauſſis edicendum: una, quo palam conſtaret quantum firmitatis legibus accesſiſſet, quod eſſent compactæ autoris certisſimi, atque optimi auſpiciis, & ita maior fides libris haberetur quaſi conſcriptis Imperio Cæ-

a l.ii.§. ſed cum §.iuxta.C. de uet.iu.enucl.

b Azo in prin.sũ.C. doct. in prin.ff.& Decret.cum ſimil.

c Bal.in præl. Feud. uerſi. tractatus col.ii.Dec.l.i. lec. ii.nu.i.ſi cer.pet.Iaſ.conſi.i. col.v.lib.i.

d l.teſta.C. de teſt.xii. diſtin. illa uer. & pro. Bar.l. more not.i.ff.de iuriſd.om. iud.

e Glo.i.inſtit.de act. Bal.c. i. de no. for.fid. in Feud. Abb.in fin.procem.Decret.

f Arg.l.ii.C.de offic. præf. præt. Afr.c. in nomine de teſt. c.in nomine xxiii. diſti. cum ſimil.

g In auth. quomo. opor. epiſ. uerſi. bene autem glo. i.inſtit.

Verg.lib.Aeneid.ii.

h Alcia.lib.parerg.ix.c. vi. In libris de diuinat.

ſaris, ab eoq́ profectis,[h] ne ſuſpicari in futurum poſſemus aliquid nulla penitus autoritate fultum in uolumina iuris irrepſiſſe.[i] Altera, ne caperet nos eius obliuio, ne'ue hominé merita laude fraudaremus, honoreq́ debito.[k] Quæ res haud longè abeſt à furto cum ſubeſt dolus. [l] Scribit autem Iuſtinianus emanaſſe ius uniuerſum è ſuo pectore,[m] ut Iuſtinianicũ nominetur in poſterum,[n] nec arroganter id quidé ſed potius qua ratione Papyrianum quoque ius ueteres appellarunt, quod Papyrius leges ordine nullo latas in unum conſuerit: & item Flauianum quia Cn. Flauius ſcriba Appio ſurreptum de legis actionibus librum populo Romano prodidit. Neuter enim de ſuo quicquam adiecit,[o] quanquã nõnulla Iuſtinianus addidit, ut uerecundius etiam feciſſe, parumq́ præut quod exemplum uetus ferret, uideri poſſit. Ad hæc quid argumenti libris huiuſmodi contineretur, opus fuit edocere, ut quanto uſui eſſent huiuſcæ ſcientiæ ſtudioſis futuri, dilucidius appareret, quos haudquaquam fugeret, quicquid eſſet in rebus humanis optimum id quidem non aliunde, quàm à iure ciuili optimè conſtituto proficiſci:[p] legemq́ ipſam rerum omnium diuinarum iuxta ac humanarum reginam eſſe, uirtutum præceptricem, expultricemq́ uitiorum, tum uitæ hominum ducem, ac ſalutis fontẽ,[q] ſed infiniti abſterrerent, iidemq́ uerboſius, neque citra fabulas aniliaq́ ſomnia ſcripti de iure commentarii. [r] Præterea quam iuris hoc corpus [s] induerit faciem non ab re præmonſtratur. Hoc enim pacto legibus initiati redduntur dociles, cum ſeries argumentorum, uoluminumq́ concinna lucis plurimum rebus afferat.[t] Nam quicquid eſt ordinis expers, id omnino inextricabile ſit neceſſe eſt.[u] Proinde nihil æque lectorem iuuat, ac rerũ ratione inſtituta partitio, q̃ illũ, nec patitur langueſcere, & quaſi præmunit ad obſcuritates peruincendas, alitq́ memoriam, ac reficit [x] cum econtrario admodum ei officiat permiſtio, & facultatem intelligendi auferat. [y] Nomé autem quod habet cum aliis commune hic codex (alterum enim ad hác rem parum habet momenti quod tamen quale ſit, aptiore loco diſputabimus) iure acceſſit, ut adoleſcentes id cum re congruere exiſtimantes, [z] co-

h In procem. Inſtit. §. cumq́ hoc de eo Ver. mandauimus. uerſi. ab imperiali uer. à uoce.

i Arg. §. quia autem & alii d. l. i. & l. ii. §. eũ. n. conſtitut. C. eod. in procœ. Greg. Verſi. alique uero uagab. §. ſanè uerſi. de quarum aliquib. in procem. vi.

k Arg. d. l. 2. §. tanta auté d. l. i. §. nam qui ſubtiliter ſupra in procem. uerſi. & maneat uiri & ubicunque laudatur Papin. & alii in procem. Inſtit. C. decret. vi. Bal. aut. habita nu. xi. C. ne fi. l. pro pat.

l Arg. l. hæred. in fin. ad. l. falcid. c. pen. & ult. xcix. diſtin. reuertimini. xvi. q. i. Bal. in prin. ſeud.

m d. l. i. §. ſed neque §. omnia. C. de uet. iu. enucl. facit l. non omnium C. de teſta. c. i. de conſtit. lib. vi. l. ii. col. ii. uerſi. ut quicquid ibi &c. C. de uet. iu. enucl.

n Arg. rub. C. de Iuſtin. C. confir. d. §. omnia enim Decretal. Greg. Decret. Gratia. vi. Bonifa.

o l. ii. §. i. ubi glo. uerſi. Papy. §. poſtea cum Appius in fin. §. ſupra, de orig. iur. Cic. pro l. Muræna. & lib. ad Atti. vi. epiſt. i.

p d. l. i. §. cum itaque. C. de uet. iur.

q l. ii. ſupra de leg.

r §. ut liceat in procœ. inſtit.

ſ l. i. in prin. C. de re. ux. act.

t Arg. l. ii. de ſta. hom. l. imperatores. ff. de in. di. addi. in procœ. vi. uerſi. & ſub debitis titu. & i. cõſt. C. §. quibus uerſi. & congruis tit.

u glo. §. inordinatum in auth. de hæred. & falci. c. quaſt. & quando i. de accu ſ. Bal. cõſi. ſchiſ. col. ii. C. ſi quis aliq. teſt. prohib.

x glo. §. igitur poſt in procœ. inſtit. & l. i. ff. de excep. do.

y §. ſed non uſque Inſtit. de leg. & §. his igitur uerſi. uarietate inſtit. de iuſt. & iur. Alb. in dict. uerſi. memoria col. vi. & xii. l. uni. in ſi. C. de ſtud. lib. urb. ro. lib. xi.

z §. Sed nomen inſtit. de donat. l. i. C. de offic. præfec. ur. in fin. cum glo. c. cum ſecundũ de præb.

dicem hunc uerſarent, eiq́ inuigilarent, [a] fierentq́ eius quodammodo helluones. Porro quod extrema in parte locatum eſt, omnino erat ſuperioribus applicandum, qua de re priore loco acturus legiſlator eſſet, ut auditor in anguſtum concluſus, ad certam rem notamq́ præcipuam quaſi inſigne aliquid omnem mentis aciem intenderet. [b] Hæc habui quæ dicerem alibi [c] quidem à cæteris tradita ſed inſcite, & miſtim cum iis quæ pertinent ad initia librorum loco tamen appoſitisſimo. ſed tamen ut & hic referrentur Rubricæ uerba poſcere uidebantur à Bartholo, & reliquis appenſa exactius. Quanquam non deſunt, qui Bartholum accuſent, [d] quòd eundem contextum ſingulare quiddam terminantem ueluti Homolottus bouem adeo minutè concidat, ut conſtitui partē uelit à ſingulis uocibus, cum tamen appoſita partes ipſa per ſe non cõficiant, ſed potius ſint accesſiones, quæ iudicari ſolent ex ingeniis rerum, quibus acceſſere. [e] Quo fit ut caſus hi, Iuſtiniani, enucleati iuris, Pandectarum quòd ipſis præſunt illa, liber trigeſimus nonus exordium capit, ideoq́ ſunt accesſionum loco, partem facere nequeant, [f] Sed optimè ſentit Bartholus, nec tam hæc tribuit, in partes, quam ſuum pondus ſingulis ineſſe uerbis, nullamq́ ex uocibus hic poſitis ocioſam eſſe oſtendit. [g] Quod ſolet Vlpianus ad edicta Prætorum. Sic Ioannes Monachus ex quinis Bonifacii uerbis acute magis, an grauiter haud facilè dixerim, totidem præſcripta deprompſit, quæ ſeruare adoleſcentes oporteat, qui adipiſcendæ iuris ſcientiæ cauſſa domo profecti, eodem redire nolint inanes, ne illud Ouidianum ſubinde audiant ſuis à ciuibus,

Quid uos huc fertis decimo niſi dedecus anno! Lib. Metamorph. xiii.

Turpe etenim manſiſſe diu eſt, uacuosq́ reuerti: ſi Homero credimus, L. Iliad. ii. Quod apud Ioannem Andreæ F. relatum extat. [h] item Baldus etſi Imperatoris Diocletiani reſcriptum quoddā ſe diuiſurum neget ob eam rationem, quæ à me relata, proximè eſt. tamen ei tria eſſe dicta neutiquam diffitetur. [i] Nam & res eadem ut diuerſi iuris poteſt animo concipi, [k] licet eodem iure natura cenſeatur, [l] quæ tantummodo id æſtimat, quod oculis cernitur, aut tenetur

a l. pupillus in fin. ff. que infrau. cred. Inſtit. in procе. §. uti glo. Alb. in dictio. uerſi. ſcientia exigit.

b l. fin. ibi glo. C. de aſſeſſor. d. §. his igitur uerſi. uariet.

c Doct. in prin. ff. & decret. cum ſimil. Azo & alii in prin. Sum.

d Comen. hic Salic. in prin. C. Imo. infra rub. de uerb. oblig.

e l. & ſi non ſunt §. peruiamus ſupra de au. & arg. leg. l. in rem §. ſi quis ſupra de re. uen. Bar. l. diuus nu. iiii. de re iud. l. aurelius. §. pen. uerſi. exemplum dico quod de liber. leg. Bal. l. i. nu xlii. uerſi. nam iſta confeſ. & uerſi. ſecus ubi C. de confeſ.

f Butri. in prin. C. Imo. d. rub. de uer. obli. uerſ. eſt deſcendendum.

g Arg. l. quod ait lex ff. de adult. xxxiii. q. v. c. ult.

h Io. And. in proœ. vi. in nouel.

i Bal. l. petens. in prin. C. de pac.

k Bal. l. i. oppoſi. iii. C. de ſer. fugit. arg. l. ſi cõſul ſupra de adop. Abb. c. cũ in tua ad fin. de deci.

l l. eum qui ædes infra de uſucap.

manu.[m] in quam rem nequaquam deeſſent exemplã, ſi referendi ſtudiũ non deeſſet. [n] Generaliter quoque tenendum arbitror uerborum diſtractionem ad ſenſa ex ipſis eruenda non eſſe repellendam. Non tamen dubium eſt, quin (ſi animus partitionem conceperit) rem frangere hóc ſit non diuidere:[o] ſed potius quàm miſſa hæc fiant, in partem hanc peccari malim.[p] ſi modo peccat qui cum è nuce nucleum eſſe uult, frangit nucem. Nec legum uerbis exhauſti aut enarrati unquam eſt ſatis ad ſuppeditanda cõtrouerſiis innumerabilibus argumẽta quaſi tela, quibus ſuum quisque ius obtinere poſſit,[q] & ſi Budæus in ſuis annotationibus in Pandectas hoc derideat à paucis (ut opinor) conſultus, quoque aduocato (ſi uerè auguror) nemo cecidit cauſſa. Hæc autem Bartholi penſitatio eſt, atque examinatio potius (ut dixi) quam fractitu, quæ diuidendi propoſitum arguit, cum gignatur ex diuiſione improbata. Vnde ita eum interpretabimur, ut careat uitio, appendatq́ uerba, non Rubricam frangat.[r] Nec mouet quòd utitur diuidendi uerbo.[s] Aliud enim ſuadet quod actum eſt, idq́ inſpicitur, [t] Ad hæc ſunt leuicula, ex quibus utilitatis percipi nihil poteſt, ut inquit Alexander cuius teſtimonio non egemus, quoniã res ipſa loquitur. Itaque ne ludamus operam, ne'ue tẽpus cõteratur nugis, que nihil unquam ſerii ducent, hæc prætermittemus ad utiliora properantes. Iam primum Bartholus (ut mos eſt hominis gryphos iuris oppoſitu contrariorum diſſoluendi) iureconſultis exprobrat alienæ religionis contemptionem,[u] quoniam nomen inuocant Chriſti, cuius aſpernantur numen, ac dogma tanquam à ſuperſtitione iudaica non magnopere abhorrens, ſicut teſtis eſt Vlpianus,[x] quo loco tractat qui decuriones eſſe poſſint ex ſententia prudentiſſimi uiri Alciati,[y] conſultorumq́ diſertiſſimi, quẽ tenebris quibus ueteres offuſi, presſiq́ magna ex parte uidendi ſenſum amiſerant, lucem clariſſimam induxiſſe nemo eſt, qui ignoret: Quanquam locus ille accipi quoque poteſt de Romanis iudæorum numen uenerantibus, & Moſis legibus initiatis, quibus ante illam conſtitutionem ea tranſitio dabatur probro ex lege duodecim tab. qua cautum erat in hæc uerba, ſeparatim nemo habesſit deos, ne'ue nouos ſiue aduenas niſi publice adſcitos, priuatim colunto. Habebaturq́ cæteris deterior Iudaica religio, ut Lucanus, Iuuenalis, Quintilianus, Martialis, Tacitus, & alii prodiderũt. Vnde Cicero in Cæcilium huiuſmodi defectionis reum, ubi eum uiã ſibi ad iudices per medios facientem Siculos, ut criminaretur Verrem, conſpicatus eſſet, quid commune eſt inquit Iudæo cum Verre? Sic Tiberius Iudæorum iuuentute in prouincias grauioris cæli per ſpeciem ſacramenti diſpertita, reliquos gentis eiuſdem uel ſuperſtitionis urbe ſubmouit perpetuæ ſeruitutis nec obedientes pæna manente. Vnde Bartholus magis aliorum quam Vlpiani teſtimonio adiuuatur. Sed apud me potior eſt Alciati ſententia. Debuit autem Bartholus eos ſolummodò

m l. ſtipulatio iſta §. hæc quoque infra de uerb. obli. l. nec ſeruus cum glo. ſupra de pecul.

n l. ſeruus communis de ſtipul. ſer. l. ii. ubi glo. ff. de offic. proconſ. l. cum quęrebatur infra iudi. ſol. cano. c. i. de iud. in diuiſ. cap.

o Bal. & Doc. d. l. petens. glo. c. ſciant cuncti de elect. in. vi. Bal. l. i. in prin. lect. ii. ſupra dè procur.

p Saly. & Iaſ. d. l. petens.

q Alciat. l. ult. in fi. infra de uerb. ſignif.

r l. quoties in ſtipul. de uer. oblig. l. quoties idem. ff. de reg. iur.

ſ l. nõ aliter ſupra de le. iii.

t l. inſulam ff. de præſcrip. uer. Dec. l. ſemper in ſtipul. not. i. & nu. vii. & d. l. quoties idem.

u arg. l. iudæos C. de iud.

x l. generaliter. §. eos qui infra de decur.

y Alciat. lib. diſpunct. iii. c. xviii. & in. li. C. x. de decu.

perſtringere, qui floruerunt palàm facto Chriſti dogmate, nec tamen id agnoſcere dignati ſunt: quorum ex libris tanquam aliquo ex ſeminario Iuſtinianus omnia in ſuas tranſtulit Pandectas, id quod & Paulus Caſtrenſis admonet, itemq́ Valla. Nec Accurſius omnis hiſtoriæ rudis eſt audiendus, qui ſcribit hoſce uiros prius extitiſſe, quam rex regum Chriſtus in Virginis aluũ illaberetur.[a] Cuius adſtipulator [b] Bartholus obiectionem ridiculam formauit. Quis enim ſuſpicetur eos inuocaſſe Chriſtum, qui ante eius ortum uixerunt? Certè hoc unum ſine ullo maiore negotio probaret à Iureconſultis hanc inuocationem factam non eſſe, quia nec fieri potuiſſet.[c] Vt igitur argumentatio cum ipſa rerum natura conueniat,[d] ad prudentes illos detorquenda eſt, quibus licuit habere Chriſti noticiem, ne reliquos antiquiores reos agere uideantur habiti numinis deſpicatui, quod nondum generi humano affulſerat.[e] Verum Bartholus ut ſcrupulo à ſe iniecto nos leuet, quem ſtudio preſſi, ut malè, haberet (quod bona uenia tanti uiri ſit factum) reſpondet inuocationem de qua nunc agimus non ueteribus Chriſti contemptoribus, ſed Iuſtiniano templi [f] huius architecto eſſe adſcribẽdam. Quod belliſſimè deflectit ad documentum Chriſtiani tabellionis, qui literis mandans negotium, quod Iudæi contraxerint inter ſe, Chriſti nomen præpoſuerit, ut id hac ratione defendi poſſit, quaſi librarius tale nomen inuocauerit, non Iudæi nominis eius hoſtes accerrimi.[g] Eſt enim probabile argumentũ ex Iuſtiniani facto.[h] quanquam non deſunt,[i] qui ſcribant nihil hinc Bartholum adiuuari, quoniam Iuſtiniani facto ſpecies quam proponit ipſe non abſimilem ratus, intereſt plurimum. Iuſtinianus enim Chriſti nomen implorans prouinciam ſolus obit ſuam, nec ei cum diuerſæ religionis hominibus commune eſt quicquam. Hic autem non tabularii, ſed recutitorum res agitur. Sed hæc non obſtant, propterea quòd ſatis eſt principem Chriſtianum æquè molem hanc librorum ab iis qui dogma Chriſti repudiarunt, editam concinnare, ac Tabellio Chriſtianus monumentis tradit hominum qui ſunt à Chriſto diuulſi, contractum, licet in reliquis nullus collationi ſit locus, & ſint res cætera diſpares.[k] Quod non in legibus tantum, ſed alias quoque receptum eſt.[l] Neque ſunt magis ſimilia quàm eadem quæ ſunt per omnia paria.[m] Aliam quoque rationem adducit Alexander ad coarguendum ſuperfluentem Bartholum, qua de pòſt uidero: Planè quod fauſtiſſima Chriſti Imperatoris noſtri appellatio in fronte huius Rubricæ collocatur, ut omnibus perſuaſum uideo, & ſupra ſum ſecutus, & ſi codices aliqui refragantur, interpretes hoc loco maximè quærunt, an eam neceſſariò documenta poſtulent, ne non ritè confecta cenſeantur: quorũ nos quoque ueſtigiis ingreſſi quæ ſunt ad huius quæſtionis diſquiſitionem potiſſima, breuiſſimè perſequemur. Ac primum ego nullum caput uſpiam legis offẽdi, quó caueretur, uti ſacroſanctum Chriſti nomen (nam de hoc controuerſia eſt, non

- a glo. l. pridie. ſupra de ſer. glo. l. titia. §. fi. ſupra, de au. & arg. leg.
- Lib. Elegãt. iii. in pfatio.
- b hic col. ii. hæc. l. multum intereſt infra de uer. oblig.
- c facit Alex. conſ. ccxxiii. ponderatis his quæ ſupra ſcripto col. iii. uerſi. ii. quia iudæi lib. vi.
- d argu. Bal. in rub. C. de probat. col. i. uer. qa illi ſũt ueriſſimi Iaſ. l. i. nu. lxiiii. ff. de leg. i.
- e l. manumiſſiões. uerſ. nec eſſet. ſupra de iuſt. & iur. l. mater decedens uerſ. nec enim ſupra de inoff. teſta.
- f l. i. §. cũq́ hæc C. de uet. iur. enucl. & l. ii. §. ne autẽ in eo. tit.
- g ca. & ſi iudæos de iudæis
- h Arg. §. ult. in fin. Inſti. de uulg. ſubſtit. l. & hoc Titus ff. de here. inſti. c. cum marthæ uerſi. apoſtolorum etiã princeps de celeb. miſ.
- i Imol. Ro. Iaſ. hic.
- k Abb. c. trãſlato de conſt. ubi Dec. col. pe. uer. & procedit iſtud arg. & uerſ. imo quod plus eſt &c. Abb. c. cõſtitutus per illum tex. de appella. Iaſ. l. creditori ad fin. infra eod. fac. l. in ſingulos ſupra de ann. leg. l. i. infra de preca.
- l In Reth. ad Herenn. lib. iiii. uer. ſimilitudo ad fin. Quintilia, inſtit. ora. lib. v. c. xi. Boeth. in topi. Cice. Eraſ. in annot. in epiſt. ad Corin. i c. vii. col. xi. & xii.
- m Iaſ. l. qui liberis in prin. ff. de uulg. & pup. ſubſtit.
- o In auth. ut præpo. no. imp. §. & incho. §. illud quoque uer. atteſtationẽ confi-

de nomine Dei,de quo & ſi in propoſito idem probandum eſt, tamen in eo quod paulopoſt agam,non item) librarii monumentis adſcriberent. At reperio ex indictione Iuſtiniani lege contractuum tabulas, rerumq; cæterarum capere initium.[o] Quod ſi tale nomen eſſet anteponendum,reliqua neceſſariè poſthaberentur,nec eſſet principium, quod gigneretur aliunde.[p] & illæ duæ uoculæ, Deo autore,inter multa legiſlatoris uerba interiectæ,[q] quæ negotium facere uidentur iſtis hominibus,

Quos omnes terrent auræ,ſonus excitat omnis

Suſpenſos(ut ait ille)ac timentes uel tutiſſima,[r] proferuntur abundatia quadam pietatis ergà Deum Nam & in prouerbium continua uſurpatione piorum abierunt,Dii adſint, ſi Deo ſederit,quo modo & nos loqui Diuus Iacobus docet, Nec eſt in Auguſto nouum diuini fauoris emerendi,ne expectationem ſuâ euentus fallat, ſtudium:[s] nec improbabile. Si quidem(ut ſapientiſsime inquit Plautus)

Sperat quidem animus,quo eueniat diis in manu eſt

Fidat autem ſpes enitur prece.[t] Ingenitum autem eſt homini, ut operi paulum modò laudabili æternitatem ſperetque & optet. Hæc eadem eſt Iuſtiniani, aliorumq; legum latorum expectatio,ut pluribus locis pontificii, ciuiliſq; iuris reperire eſt. Præterea ſimplex narratio eſt, unde uinculum ſanctionis prodire non ſolet.[u] fortaſſe dixerit aliquis decorum ſuadere,ut imperatoris maiorum gentium nempè cælitum nomen, gentium minorum,debitarumq; morti principis appellationem præcurrat,[x] Qui neget hoc,inſanus ſit,quoties dignitatis incidit contentio,habendaq; eſt ratio præſtátiæ. At hic,[y] non agitur in primis honos Cæſarum(ut Fulgoſius ciuis meus perperam ſenſit)[z] Sed occurritur improborum calliditati,ne tabulas conficiant adulterinas, falſent'ue probas ex temporum perplexitate:[a] reliquiſq; ſolennibus accedit mentio Auguſtorum,ut ſeries temporum magis eluceſcat,[b] clariorq; ſit annorum digeſtio.[c] Nã rebus in omnibus aptior eſt obſcuritas ad fallẽdum, tenebræq; tuentur dolos.[d] Vnde improbiſsimus quiſque lucem deuitat maxime criminumq; fugit arbitros.[e] Porrò Chriſti nomen additum qui iuuabit hanc cauſam.[f] Et quamuis hinc Auguſtorum mentio proficiſcatur,non támen hi ſtatim laudantur, aut Imperatoris nomine digni putantur. Quàm multi principes appellantur ne liberi quidem appellandi,uel ſerui potius nequiſsimi: quorum eò habenda eſt conditio deterior,quam priuatorum. quia(ut pulchre Iuuenalis ait)

Omne animi uitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet,quanto maior qui peccat habetur.[g]

Eoq; pernicioſius.[h] de populis merentur uitioſi principes, quod non ſolum uitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in Ciuitates,neque ſolum obſunt,quod illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpũt,pluſq; exemplo,quam peccato nocẽt. per multi enim imitatores principum exiſtunt,fereq; ſecundũ

ciat declaran. in auth. quibus mo.nat.legi.
p §.diſcipuli ſupra in ꝓœ. l.q duos ſupra de reb. dub.
Verg.lib.ii æneid.
q d.§. & inchoetur fac. c. nouit. ꝟ.deo autore de pœni.diſtinct.iiii.
r l.fi.in prin.C.de iur.deli. c.etſi q̃ſti.. ubi gl.de ſimo.
ſ l.un.uerſ.quã deo propitio in æternum.C.de iuſti. C.confir.
Epiſt.i.c.iii.
In Bacchidib.
t c.ubi periculum in fin. de elect.in.vi.cle.ii.de elec. §.fin.cum ſimilibus.
u c.ſi papa de priuil.in vi. Dec.c.i.col.ii.de fid. inſtr. c.in nomine do.de teſti.
x Arg.Hoſtien.c.ſane de celeb.miſ.bal.poſt. gul.l.i.C. de ſacroſan.ecc.ſac l.i.& ii. infra de alb.ſcri.
y d.auth.ut ꝑponat̃ no.Im.
z In prin.C.
a §.unde ſancimus uerſ.ſic enim ibi, inadulterata hæc d.auth.ut præponatur no.
b d.auth.in prin.ibi ſed maioré &c.ut ex maiorib. &c.
c d.auth.§.ſi qua uero uer. nos enim §.ult uerſi.ut nullus præſumat.
d l.i.circa mediũ ſ. de uentre inſpici.
e Ioã.xx.c.conſuluit de offi.deleg.
f Bal.ru.C.de no.C.cõpo. col.i.uer.non obſtat quod ponatur indic.
g c.inter corporalia §.& quã uis iidem cum glo.de tranſ. prælat.c.homo xl.diſtin.
h xxv q.i.c.nulli fas.c.præcipue xi.q.iii.l.omne delictum §.ii.ff.de re milit.

Platonis ſententiam quales ſunt principes, tales reliqui ſolent eſſe ciues, atque adagium eſt,

Δέσποιν' ὁποῖα τοῖαι, καὶ θεραπαινίδες.

Finge præconiū ſequi, tñ oportet aduertere quænā fuerit cauſſa legis ferendæ, & quorſum Iuſtinianus aliquid tale potiſſimū cauerit:[a] utq; idē hanc nominū præmiſſionū in alterius acceſſionē non dubie induxerit, Quippe ad tēpora quaſi recentibus quibuſdā notis diſtinguenda manifeſtius.[b] Quo fit, ut eā pōderare debeamus iuxta rei naturam, cui ſubeſt,[c] ut ne ꝑ ſeſe quicquā ipſa ualeat efficere, ſed aliūde tota pēdeat:[d] ſicut in alia ſpecie à nobis paulo antè eſt diſputatum. Nec ordo ſcripturæ quē piam mouere debet. licet enim præmittantur nomina, hoc ſcilicet nihil impedit, quominus obtineant uim conſequentium notationem temporum, eiq; rei quam antegreſſa ſunt, deſeruiāt, quod generale eſt, ubi ita ratio ſuaſerit.[e] Adde quod Accurſius non ſemel penè digito neruos, ac firmamenta monumentorū cuncta dinumerans, hoc Triarii genus miſſum fecit,[f] ſi ſuppetias inde petendum eſſe animaduertiſſet, in tanto diſcrimine ſibi nequaquam defuturus,[g] nec hoc tam quotidianum ſilentio præteriturus,[h] tum ſimilitudo rationis, aut præſtantia uinculum formæ nobis iniicere non deberet.[i] à quo lex quaſi captioſo uſque eò abhorret, ut nobis condonet formam, quotieſcunque ius relaxandi non diſſimile res obtinet ut eſt à pleriſq; reſponſum.[k] Quod proximum confirmare non auſim, propterea quod exiſtimo habere noſtros autores falſum quiddam pro uero, ſicut infra diſſeram. longè minus id unquam ſcripſit Accurſius,[l] quem pugnaciter iſti contendunt quandoque hoc pronuntiatum tradidiſſe. licet enim ad enarrationem quandam uocibus illis, autore Deo, ſubiecerit, in Dei nomine uerba ex aliis Iuſtiniani ſcitis decerpta, id egit, ut oſtēderet conſueuiſſe Iuſtinianū numini gratias agere cum fœliciter geſtarum tum inſtitutarum prudenter rerum nomine: non autem quo recentis alicuius formæ nos uellet admonitos: Indictionis uero mentione tractus ſcholium de annis humanæ ſalutis adnexuit. Nec inficiabor Azoni[m] uiſa ea uerba ius continere. ſed eo illud deflexit, ut diceret ei ſatis uideri factum, ſi eſſent anni ſalutares appoſiti, quos partim à natali die, partim ex illo, cum ſocietatē carnis in uirginalem aluum influens Chriſtus admiſit, repetere conſueuerunt.[n] Quæ non tam interpretatio, quàm noua res dici poteſt mea quidem ſententia, ſed contra quā omnium ſtat conſenſio talis annorum deductionis, & cōmemorationis onus acceptum mori non legi referentium.[o] Qui mos ad conſtitutores quoque legum manauit.[p] Et lege probari hoc quidem, ut moribus inductum, non autem ea induci Bartholus autumat.[q] niſi quis malit Bartholum (neque enim uerba eius aduerſantur) cum Azone quanuis ex diuerſo unam in ſententiam conuenire. Placet tamē prior interpretatio.[r] ſanè quod iubemur[ſ] ſic uitam inſtituere, ut quicquid rerum geramus, in eo uideamur

a l. ſi quis nec cām ſi cer. pet. Azo. rub. de mat. ad C. nu. xxi. & xxiiii. in ſum. facit Alex. con. cxix. nu. vi. lib. v.

b d. auth. ut præponatur no. uerſi. ſupra alleg.

c c. acceſſorium de reg. iur. conſt. C. in. vi.

d d. l. in rē §. ſi qs ſ. de rei uend. d. l. & ſi nō ſunt §. per ueniamus ſ. de au. & ar. leg.

e Bar l. ambitioſa nu. xix. infra de dec. ab ord. fac. & i. conſtit. C. nu. v.

f glo. l. generali C. de tab. lib. x. glo. l. iuriſgen. §. quod fere ſupra de pac.

g arg. l. i. §. ſed & ſi quis de carb. edi. c. ubi periculū de elect. in vi. glo. c. fin. uer. ut ꝑſonaliter in fin. de of. dele.

h arg. l. legaui ſ. de lib. leg.

i arg. l. ſi fundus ſupra de reb. eo. Bal. l. i. ſ. de lib. & poſthu. Ancha. c. ea qua col. xii. de reg. iur. in vi.

k Doc. l. ult. in pri. C. de iur. de lib. l. ii. §. prius de uulg. arg. l. i. in fin. de uen. inſpi. glo. l. rē nō nouā uer. præterea tur C. de iud. facit Abb. c. ſi. col. ii. uer. in caſibus uero nō leuib. de iura. calum.

l glo. d. auth. ut præponatur uer. puta in no. do.

m in ſum. C. de diuer. reſc.

n Bar. d. auth. ut ꝑponatur nu. xix.

o d. glo. puta in no. do. glo. d. §. quod fere ubi Alex. glo. d. l. generali. Bar. d. auth. ut præponatur nu. xiii. Abb. d. c. i. de fi. inſt. ubi Dec. nu. vii

p c. in no. do. xxiii. diſtin.

q Bar. d. auth. ut præpo. dū alleg. d. c. in no. do.

r Al. b. d. c. i. uerſi. ij. exigit de fid. inſtru.

ſ c. nō liceat xxvi. diſtin. v.

operari Chriſto,præterea nemini, quid præcipi ſanctius, quid imperari diuinius poteſt:ſi quidem nihil aliud ſacri docent libri,quibus monemur,quemadmodum nobis, quoties aggredi quippiam uelimus,adhibenda ſit præparatio diligens ne claudicemus in officio,ne'ue quid audeamus,unde numen lædatur. Exigit utique Chriſtus actionem,non orationem, cui plerunque mores haud conſonant.[t] Itaque perabſurdum, delirumq́ ſit inde formam penè ſuperſtitioſam monumentis aucupari uelle,unde rectius inſtitutionem uitæ,morumq́ præſcripta ducantur. Plus quoque quàm manifeſtũ eſt ad id quibuſdam piis hortatibus nos impelli,non adſtringi legibus.[u] Ex his(ut opinor) efficitur à lege nullam diuini nominis huius notationem in documentis requiri. Quod Bartholo, Baldo, Caſtrenſi, Alexandro,Ioanni,Panhormitano, Decio uiſum eſt.[x] Planè uidetur aliud dicendum,ſi forte receptum ſit moribus,ut Chriſti rectoris,& domini rerum nomen inuocetur. Etenim tum denique Chriſtus imploratur neceſſario. Tantum cõſuetudini defertur.[y] Alioqui tabulæ corruunt omnino.[z] Quod obtineret in contractibus etiam,qui ſcriptura comprehenſi non eſſent,ſi mores eò porrigerentur. Namque ratio par iura quoque paria deſiderat.[a] Nos autem conſtituimus ad ipſos qui contrahunt,omnimodò pertinere caſtisſimi nominis inuocationem. Quod infra diligẽter à nobis explicabitur:ne fortasſis exiſtimet aliquis dũtaxat inuocationi locum eſſe:cum perſcribitur contractus,interceditq́ tabellaris fides,eo quòd arbitretur munus eſſe Tabellionis hoc nomen implorandi. Quæ interpretum minimorum maximorum fuit ſententia loco tamen à me poſt mouenda. In propoſita autem ſpecie Bartholus opinioni contrariæ adhæſit,quoniam(ut ipſe aſſerit)nihil obeſſe debet quamuis aliquid è ſolennibus ſit omiſſum non magni ponderis.[b] Quapropter recepta eſt ſententia exiſtimantium nihilominus iudicem conſtaturum,licet hæres crucis notam iuxta præſcriptum Iuſtiniani ſua manu non appinxerit.[c] Quod ait Bartholus non uitiare leuiculam ſolennitatem prætermiſſam, quemadmodum nec obeſt partui cuſtodia aliquo leui argumento defecta, conſecutionem hanc futilem eſſe reſpondeo. In uentre enim inſpiciendo,cuſtodiendoq́ partu remittitur aliquid ex nimia religione prætoris,quòd alias obſeruatio penè reddebatur inobſeruabilis[d] ob erraticas & multiplices inſpectionis, cuſtodiæq́ talis ambages & inopinos caſus,temporisq́ diuturnitatem tum moroſam,tum ancipitem,ut pote quæ uicisſitudinum ſolet eſſe pleniſſima.[e] Tum fuit æquius illud ab Vlpiano ſubiici,[f] ut alterius incuria minus noceret infantulo nihil commerito, quàm fieri poſſet,& eius præſertim à quo nullus partui fructus unquã eſſet oriturus.[h] At hi de quibus nos agimus cum ſibi malum arceſſant(ut eſt in adagio)uolentesq́ peccent,indigni ſunt, quos lex uenia proſequatur.[i] Huc accedit quod ſuperuacanea fuiſſet Vlpiani cautio,niſi cenſuiſſet aliàs etiam leuibus omiſſis, quod

eſſet

c.nõ obſuetis ead.cau.q.vii.

t glo.l.obſuadũ de of.p̃ſid. Fõta.cl.i.de reliq.& uenera. ſanc.ad uerb.p̃ſentia corpo.

u Dec.d.c.i.de fid.inſtru.c. ſi.in ſi.iii.diſti.l.cũ pater.§. mando ſ. de leg.ii.Dec.c.in no.do.de teſti.in prin.

x Bar.d.auth.ut p̃po.col.i. l.ſi quis ex §.ſi initiũ nu.vii. ſ.de edẽ. Bal.d.§.ꝙ fere & rub.C.de no.C.cõp.Caſtrẽ. d.§.quòd fere ubi Alex.q & hic ubi & Imol. Abb.d.c.i. ubi Dec.col.ii.

y not.in c.cũ dilectus de fi. inſtr.in.l.de qbus.ff.de leg. d.l.glo.uer. puta in no.do. ibi quia eſt conſ. Abb. in procem.Greg.nu.xiiii.

z d.glo. ꝟ.puta i no.do.ꝟ. aliàs nõ &c.ſeqr̃.Abb.ubi ſ.

a §.pari ratione ubi glo.inſtit.qb.mo.ius pat. pot.ſol. l.illud ff.ad.l.acquil.

b Bar.d.auth.ut p̃po.& in d.§.ſi initium arg.l.i.in fin. ſupra de uent.inſpi.

c Doct.d.l.ſi.in prin. C.de iur.delib. d.§.prius in.l.ii. de uulg.

d Facit quod not.Iaſ.d.l.ſi. in prin.col.pe.uerſ.ſed licet p̃dicta l. ſi mulier §.ex aſſe uer.dele.propt.ff.de iu.dot. Guido pap.trac.de for. inuẽra.nu.vii.& viii.

e In auth.de nõ alie.§.ut ãt c.ubi periculum de elect.in vi.cum ſimil.

f d.§.fin.l.i. de uen.inſpi.

g Arg.c.ñ debet de reg. iu. in.vi.l.nõ debet ff.eo.l.neq; uerſi. quia & iniquum infra de fideic.liber.

h Arg.not. p Din.d.c.non idebet in ſi.in.vi.

i l.qd qs ex.infra de reg.iu.

eſſet actum, corruere. Denique prætеritio ſolénitatu m nó corrumpit in ea ſpecie beneficiũ prætoris, quia lex eò progreſſa eſt. Vlpianiq́ prouiſio. [a] cur autem ſpeciatim partui cautum uoluerit legiſlator, id potuit eſſe in cauſſa, quod retuli modo, nempè interuentus alienorum. ſuis igitur cancellis euerriculum hoc continebimus.

Ne uolitent formæ rapidis ludibria uentis, [b]
Vt interim Maronis aliquid uſurpem. Quin miſſo quoque prætoris edicto regionis memorem inſpici iubet, ut mihi perſuadeam ſalutare nomen ex conſuetudine præponendum eſſe, tametſi lex aliqua ſtaret contra, aperteq́ præmitti nomen Chriſti nollet. [c] Tantum abeſt, ut lege nulla reclamante ſit uſui repugnandum. Accurſii uero ſententiam de tactione diuinorum uoluminum plurimi confutarunt. [d] Nec Tudiſci placet opinio, [e] quia parciſſimè legibus eſt aliquis ſoluendus: [f] comprimendaq́ eſt obſeruationum cõdonatio. [g] Sanè Fulgoſius [h] (ut aliquid obiter dicam, ſed ex re tamen) dum Chriſti nomen ex lege documentis apponendum eſſe uelis, equisq́ contendit, ut argumentationem Bartholi de leuium prætermisſione diluat, præterquam quòd ait momenti non leuis eſſe nomen illud optimum cum actiones humanas fortunet, [i] addit ruſtico duntaxat parci, ſed aliis ob futurum, ſi quid uel leuisſimum fugerit. Alexander uero ſecutus Accurſium, [k] cuius interpretatio recepta eſt calculo frequentiore, impetit Fulgoſium, & defendit ignoſci ruſtico etiam ſi aliquid grauisſimum omiſerit, at cunctis, ſi leue. Suſpicor ipſe neutrũ percepiſſe, quid ſibi legis autor uelit. Ego facilè dixerim partui bonorum poſſeſſionem haud eripi quis cuis ille fuerit, qui aliquid ex iis quæ leuiter obſeruanda prætor edixit, non fecerit Vlpianus enim, [l] quod latius patere ſenſerat cũ dixiſſet, quæ prætor ſeruari uoluit, illicò mutata orationis faciæ contraxit, ſubiiciens quæ leuiter obſeruãda prætor edixit, & uſus alia dicẽdi forma uerboq́ leuiter adiecto rẽ rẽperauit, ad leuiaq́ redegit interpretationem, quã poſtea bellè ad regionis cuiuſque maiorem reiecit. In grauibus (fremant omnes licet) ignoſci contenderim nemini. Quod enim ad ſolennium adhibitionem refert, ne ruſtici quidem hoc nomine ſoluti ſunt [m]. Ruſticitatem uerò, cui uitio non uertitur leuiorum omiſſio pertinere ad quoſcunque, & dici negligentiam, inq́ negocii explicatione ſocordiam, & oſcitationem quandam cenſeo, [n] inde tractam, quia ut plurimum ruſticus homo rudis eſt, imprudẽs, expers negotiorũ, corpus deniq́ ſine pectore. [o] Sic Cicero philoſophos carpit neſcio quos in libris officiorũ, qđ urgerent ruſticè quiddam, ne diſputationis aleam ſubirent. Et apud Hieronymum [p] ſancta ruſticitas appellatur homunculorum preculis uacantium, [q] doctrinarumq́ cognitionem faſtidientium, quibus nihil

a Dec. c. de appell. col. ii. de appel. Bar. l. agraria uerſ. niſi a lege expri. ff. de ter. mo. cũ ſimilibus.

Lib. Aeneid. vi.

b l. fi. §. nõ aũt. C. de bo. q̃ lib. cũ ſimilibus. Bal. §. pacta de pa. ꝯſtã.

c Arg. d. glo. uer. puta i no. do. uerſ. unde ẽt ſi lex. &c. d. auth. ut præpo.

d Glo. d. l. rẽ nõ noui uer. ꝑtereatur & ibi Iaſ. col. i.

e Abb. d. c. fin. de iura. calum.

f Arg. not. ꝑ Abb. c. Ioãnes col. ii. & ſeq. de cler. coniug.

g Dec. l. in oibus nu. xiii. infra de reg. iu. per c. i. de fil. pſb. in vi. arg. Bal. §. itẽ ſacramẽta col. ii. de pac. iur. fir. in feud.

h In d. prin. C.

i Arg. s̃. alleg. auth. quomo. opor. epiſt. glo. i. inſt. &c. q̃. s̃. alleg. col. i.

k Glo. d. l. i. in fin. de uẽt. inſpi.

l d. §. fin.

m l. iu. ignorãtia ubi Bal. C. q admi. facit Bal. in. l. qcũqз. C. de ſer. fugit. Ang. inſti. de act. í prin. Soc. reg. ccexlix. faſ. iiii. facit Bal. in. d. l. fin. col. i. uerſ. iii. q̃ro. C. de iu. de lib. Alex. cõſ. xiiii. li. ii. Dec. c. paſtoralis col. viii. de excep. & conſ. clxxxiiii. nu. ii.

n l. tutor quoque cũ tut. §. fina. cũ glo. uerſ. v. ob negligẽtiã. s̃. de ſuſp. tut. l. athletæ. §. de ruſticis. cũ glo. uer. ruſticitas. s̃. de excuſ. tut. l. pen. C. qui admi.

o Arg. d. §. de ruſti. l. fi. C. de teſta. in auth. de inſtru. caut. & fid. in fin. uerſ. nã in agris ubi &c.

p In epiſt. ad pauli. in Bibl. ii. q. vii. c. ſancta quippe.

q l. Sed addes. §. ſi qs mulierẽ s̃ locati glo. c. requiſiſti uer. de-

potius eſt,quàm ut ſecum totos dies cornicentur(uerbo.n.
Perſiano libenter utimur)& humanæ ſocietati nihil affe=
rant utilitatis. Ad ſummam quiſquis in officio claudicat,
& imperitè rem quampiam tractat, ruſticè dicitur face=
re.Hoc amplius(,ut liberè dicam, quod ſentio) uix adduci
poſſum,ut exiſtimem uoluiſſe prætorem ruſticis edicto cō=
ſulere,Primum quia talibus eſt,curta ſuppellex,& anguſta
rēs domi,ut merito ſperni ſubiectio poſſit. q Deinde quod
prætoris edicto non paretur citra ſumptum, luſumq́ tem=
poris,& domus laxitatem,mulierumq́ gregem, quæ ſingu
la profectò ne dicam uniuerſa,haudquaquā ruſtica res pa=
titur.Poſtremo(quod longe maius eſt)Prætor edictum ta
le propoſuit,ut ordinum dignitas,familiarumq́ ſalua ſit.[r]
ſed in ruſticis hæc dignitas ordinis,aut familiæ non perpē
ditur.Et licet ſeruus edicto comprēdatur,me nihil mouet,
cum ſeruus is hæres inſtitutus,uel domino cuius intereſt
non ſupponi partum,ſit quæſiturus hæreditatem,uel ipſe
liber, & ciuis effectus hanc obtenturus ſit, agiturq́ res ciui
tatis,nec earum rerum quæ ad hoc negotium opus erunt,
uereamur inopiam.Denique quicquid ſit,ego ne ruſticis qui
dem(ſi edictum ad ruſticos ſpectare uelint)de grauibus qc
quam remitti manibus pedibuſq́ defenderim.Sed(ut ad in
ſtitutum reuertar)quod obiicitur de repertorio nihil mo=
ror,quoniam uitio receptum eſt. Vnde complures haud
poſtremæ claſſis in diuerſum abierunt, & opinati ſunt indi
cem uitiatum iri,ſi crucis abſit effictio.[s] Quod & nos pro
bamus,ne maior pars uincat meliorem. Vſum quoque po=
pulis eſſe, crucem ut præpingant Imolanus & Alexander
teſtantur.[t] Vnde hanc ſententiam ius tuetur duplex. cúq
uis ea ſit conſuetudinis & uetuſtatis,ut non tantum ius am
biguum definiat,ſed etiam nutans alioqui,& iam iam caſu=
rū ſuſtineat interpretatione,[u] nihil ab omni ratione ma=
gis eſſet alienum,quam legem perſpicuam,& quotidiano in
uſu collocatam non adeò pollere, ut ei haud impune non
pareatur,[x] Quod ſi fortè non eſt ita (nam facti aſſertio lu
brica eſt)[y] tamen etiamnum libro tali confecto nihil hæ=
redem quicquam profeciſſe putem,uſque dum appareat in
reliquis eadem deſuetudo,in quam non dabuntur teſtes, ſi
aliàs repertoriorū inſpectio faciat eius fidem.[z] cenſetur
enim manifeſtaria,& prodeſt utique ſi allegatur,[a] quicquid
Bartholus,& Tigrinus controuertant.[b] Non enim deſpi=
ciendæ ſunt formæ[c] (Vt ſupra dictum eſt) niſi aut condo=
nentur expreſſim nobis,[d] aut tollantur uſu, ſcito ue con=
trario,[e] aut deſuetudine,quam tacitus declinationis actus
foueat,abrogentur.[f] Neque enim ſimpliciter non utendo
leges antiquamus, & cum ſuſpicio nulla ſubſit ab eis auer=
ſæ uoluntatis:[h] Nullumq́ factum, ex quo hæc antiqua=
tio exſtat. De nihilo autē fieri nihil poteſt;nec eius quod

cens de teſta. Abb. c. ut ſuper de reb.ecc.non alien.cum ſimil.

r d.l.prima §.pen.

s Hoſtien.c.Ray.de teſta. Ioá. And.in ſpec.de inſtru. edi. §.i. addit.quod qdā aliàs licet dubi= ter Caſtren.d.l.fin.§.etſi præfatā ier. ſolidauerit Ray.ſaly. Fulg. y.i.eadem.l.Ang.Imol.l.i.§ hæc ſtipulatio.ſ.ſi cui plus q̃ p l. fal= cid.Imol.d.§.prius. Guido pap. d.tracta.nu.vii.

t In.d.§. prius Guido pap. d. nu.vii.

u Dec.c.i.col.ii.de fid. inſtru. c.i.nu.xxxviii.de poſtu.præla.

x Arg.Bar.l.de quibus col. iii. nu.v.de leg.c.i iſtis uer.ita mori bus.iiii.diſtin.

y l.ii.de iur.& fac.igno. c.i. de conſtit.in.vi.

z Bal.l.prima in fi.C.ad uclea.

a l.ſi adulteriū §. idē Pollioni infra de adul. glo. cle. appell. de appella. Alex.l.i. in prin. c. ut q̄ deſ.aduoc.par.Iaſ.d.l.de quibus col.pe.uer.imo fortius dicit Bar.

b Bar.l.ii.xxv.q.c.q̄ ſit lon. ɔſ. Fran.Tig.d.l.i.in lect.Bar.

c l.cū hi §.ſi p̄tor de trāſac.l.in cōſtitu.ad municip.l.ac cōſultiſ. in prin.iun.l.cū antiqtas.§.cū aūt cōſtit.C.de teſta.

d Arg. d. l.i §.fi.de uen.inſpic. l.i.& ii.C.de formu.

e Arg.§. ſed naturalia inſti. de iu.nat.gen.ciuil.

f Bal.d.l.de qbus col. vi. uerſ. mō q̄rit.an ex non actib. ubi Iaſ. nu.xxxiii. Abb.c. Ioan. in fin. de cle.coniug.

g Bar.§.& antea ſ.i proœ. pet. & Plot.in proœ.Inſtit.§.in qbus Ang. §. ex non ſcripto Inſtit. de iur.nat.

h Arg.c.his q tac.de reg.iu.in. vi.l.i.§.ſciētiā.ſ.de tribut.c.i. in fi.u.de feud.ſine culpa.

non eſt, ulla qualitas eſt,[a] Hic tamen ſi cuncta ciuitas crucis annotandæ crebritatem præciderit. ſatis id unū ad minuendam quæ data à lege eſt, formam ualebit. In tali enim deſuetudinæ ineſt actus ipſe derogatorius.[b] Hanc nihil uetat conſuetudinem dicere, quo modo et Baldus appellat conſuetudinem, qua fortè nomen Imperatoris, uel aliquid eiuſdem generis tutò dimittitur.[c] Conſuetudinis enim retentio eſt, miſſio autem deſuetudinis. Quin idem nomine conſuetudinis meram deſuetudinem, nec aliqua ex parte uſui implicatam dignatus eſt, abnutiuam tamen conſuetudinem hanc, legiq; haud nocituram eſſe aſſeruit.[d] Quod ego quoque cenſui. Vnum etiam dixiſſe uolo quod pertinet ad ſcitum Iuſtiniani de imprimenda cruce, teſtibusq; adhibendis,[e] noſtros interpretes hallucinari, dum putant nullo delectu Iuſtinianum quibuſlibet hæredibus iniungere, ut crucem manu ſua ducant, (quanquam nonnullis hoc primum ſuboluit)[f] adhibeantq; teſtes, quibus incogniti non ſint, cum iubeantur ii tantum crucem affingere, teſtibusq; eiuſmodi uti, qui literarum ſint rudes, alioqui'ue literulas nequeant exarare. Cum igitur forma legis ad unguem cuſtodiatur hoc tempore, & uitietur iudex præſcripto conſtitutionis non ſeruato ut pleriſque uiſum eſt, quibus ſupra facilè ſum aſſenſus, illud admonendi ſumus eum qui repertorio, nomen, aliaq; requiſita, ut precia rerum, & ſi qua huiuſmodi, manu ſua abſque ullo crucis ueſtigio, & aduocatis teſtibus, qui haudquaquam ipſum norint, adſcripſerit, uideri ſatis legi feciſſe. Qui ſentit aliter, nodum quærit in ſcirpo. Equidem confido non exploſuros hanc ſententiam, qui diligēter ſtructuram uerborum perpēderint: ſenſumq; perceperint.[g] Iaſon quoque ſcribit,[h] uoces, ſigno crucis, ad conſequentes, aſſumendis teſtibus, applicandas eſſe: texturamq; luculenter tuetur: ſed aliud longè concludit atque nos, hominēq; fallit ut item reliquos habitum pro uero proloquium, quod falſum uerba legis conuincunt. Intelligit enim præcipi quibuſcunque hæredibus, teſtes ut adhibeant, quibus ſint perſpecti ſicut uno ore aliis omnes confirmant.[i] Hoc ſtabilito componit utranque particulam, & colligat, ut æque quibuſlibet iniunctum probet, ut crucis imprimant ſignum, atque iubentur omnes adducere q̄bus cogniti ſint, teſtes: itaque uerſiculi poſterioris occaſione, priorem quoque reiicit ad ſuperiora. Sed tamen hunc poſteriorem deprændimus ſumptum falsò, idq; ex ſciti uerbis, ut nulla ſit cauſſa, cur aſſumptio, reliqui non corruat.[k] Siquidem clauſula, uel ſi, & quæ ſequuntur, cum ſperiore nihil habet commune. qua ſpecies diuerſa comprændítur: cum perfecta ſit antecedens oratio, conſtetq; nulla uoce ſubiecta, idcircoq; nec ad dictiones, ſigno crucis (ut rectè à nonnullis ſenſum eſt[l]) nec ad uerba, teſtibus aſſumē-

a l. quod meo. i. de acq. poſſ. Bal. d. uerſ. mō q̄rit. Iaſ. l. ii. §. i. nu. xxv. ſol. matr. l. eius. ſi cert. pet. Alexander conſ. cxcvi. nu. xv. lib. ii.

b Arg. Abb. d. c. Ioā. in fi. glo. & Bar. in l. ſacri. C. de diuer. reſcrip. glo c. i. de tre. & pa. Iaſ. d. l. rē nō nouā auth. qb. mo. nat. ſu. in fin. uerſ. q̄m & nō uten.

c Bal. d. col. vi. uerſ. itē q̄ritur an ex acti. mi.

d d. col. vi. d. uer. mo. quæritur an ex non acti.

e d. l. fin. in prin. C. de iur. delib.

f Marti. ſill. Cyn. Fulg. d. l. fina. in prin. & §. i.

g d. l. fin. §. fin aūt dubius p totū

h Iaſ. d. l. fin. in prin. col. penū uerſ. vii. requiritur.

i Doct. d. l. fin. in prin.

k l. ratas. C. de reſcin. uend.

l Marti. Cyn. Ful. ubi. ſ.

dis(ut ego reor) ullo ſit pacto demittenda. Sunt igitur uo-
culæ, ſigno crucis, & teſtibus aſſumendis de Iaſonis quidé
ſententia pariter ac noſtra concludendæ nobis eadem con-
ceptione, neutiquam tamen antecedentibus committédæ.
Quod ipſe facit. Mox enim ſequuntur illa orationis perpe
tuitate his cohærentia, iubente eo pro ſe tabularium & re-
liqua, quæ dumtaxat eum reſpiciunt, qui minimè ſcriptio-
ni uacare poteſt, nec trahi queunt ad illum, qui manu ſua
hæc tranſigit. Vnde præſtiterit, ut clauſula hæc ſui ſemper
ſimilis [m] idem ſpectet, altercandiq; anſam noſtris de ma-
nibus excutiat. Adde quòd poſteriores clauſulæ uix unquã
reſpiciunt priores, [n] cum ſæpenumero deſpiciant inferio-
res poſitæ loco ſuperiore. [o] Cum autem totus hic locus il
luſtris, clarusq; ſit, argutandum non uidetur, quamuis diſiũ
ctim ſit conceptus. Non enim ſumus neſcii tum denique
referri ſolere in diſiunctis conſequens ad id quod anteceſ-
ſit, & uice mutua ad id quod conſequitur, antecedens, cum
ineſt obſcuritas in altero, ut ueritas commiſtis capitibus
eruta prodeat in lucem. [p] Nec illud effecerit, ut cedamus
de ſententia, quod aiunt non ſubeſſe rationem, cur idem nõ
utrobique ſit cuſtodiendum [q] ſcimus enim uulgo receptũ
eſſe, nullas rationes nec pares, nec potiores conſiderari ad
formæ extenſionem, nec ita ante hoc docuimus. Quin rela
xationes formularum ſunt potius aucupandæ, ut probatio
nes adiuuentur: [r] et in hanc partem confidentius peccan-
dum. Et legibus enim fit iniuria meo quidem iudicio, cum
uolumus propter ſimilitudinem rationis formas præcide-
re, [s] quod attigi ſupra, quicquid alii ſint commenti. [t] Huc
accedit quòd opinio interpretum adſtringit regulam, qua
publico eſt ſeruo permiſſum, ut teſtibus ignotis ac obuiis
documenta communiat: [u] à qua non uidetur temerè rece-
dendum: [x] præſertim cum legiſlator, qui caſus aliquot exce
pit, uideri de cæteris ſenſiſſe non poſſit. [y] Sed quoniã hæc
ferè ſunt cauillationibus obnoxia, periculumq; eſt ne in al-
tum prouecti in extenſionum ſcopulos incidamus, uela tu-
tius contrahentur, ancoraq; illa omnem in euentum para-
ta deiicietur, quam nulla uis queat abrumpere, formam nõ
obſeruare nutum rationis, ut eam quouis abeuntem ſuis ip
ſa cancellis egreſſa comitetur. Et quamuis Iuſtinianus alibi
[z] uelit intereſſe reptorio locupletes fideiq; ſpectatæ uiros
tres, mentioné tamen huiuſmodi notionis haud facit. Quò
fit ut Accurſius ſuppleuerit, [a] rectè an ſecus poſt uidero.
Præterea ſcitum illud habet locum in fideicommiſſariis
hæredibus ac legatariis, quos intra oppidum quidem con
ſtitutos præcipit imperator accerſiri forma quam præſcri
pſerat antea, [b] non contentus: [c] ſin abſint ſancit, ut eo-
rum muneri uicaria ſuccedat horum trium hominum præ
ſentia, Quare nihilominus adhibebuntur teſtes duo ſecũ-

m Arg. l. cũ qui ædes infra de uſucap.
n Dec. c. inquiſitioni de appel.
o Bar. l. auia de condit. & de-monſtra. Iaſ. l. ſi his qui pro emptore col. xiiii. nu. xlv. de uſucap. l. ſi qs ex argentariis §. initium. ſ. de eden. in prin.
p Iaſ. d. l. ſi his qui pro empt. col. xv. nu. xlix.
q Alex. d. l. ſi. in prin. poſt nu. x. C. de iur. de lib.
r l. curẽt: ſ. de teſti. facit ĩ auth. de teſti. in prin. uerſ. neque. n. ut abbreui. Dec. c. ii. col. iiii. de ꝓb.
s d. l. cũ hi §. ſi prætor de tranſac. cum ſimil.
t Doc. d. l. fin. in prin. d. l. ii. §. prius de uulg. l. ſciẽdũ. i. de uerb. oblig. arg. d. l. pen. in fin. de uen. inſpic.
u §. & licet in auth. de teſti. glo. & doc. d. l. fin. in prin. Bar. §. hinc nobis col. fin. in auth. de hæred. & falci. Soc. reg. cccexii.
x Glo. l. oĩs definitio. i. de reg. iu. Bal. l. ſi tutor. in fin. C. de ſer. pig. da. manu.
y l. tribunus in fine. ff. de teſta. mili. Bal. l. i. §. ſed excipiuntur in fin. ſ. de ſer.
z In d. auth. de hæred. & falcid. §. ſi uero abſunt.
a Glo. d. §. uerbo tribus.
b d. l. fin.
c d. §. hinc nobis uerſ. illo adiecto ſolo.

dum regulam iuris,[a] quemadmodum ſi coram legatariis, & fideicommiſſariis hæredibus is rerum liber conſcribere tur. Non enim tres iſti uicem teſtium ſimpliciter, ſed credi torum(ſicut diximus)obtinent. Id quod & Bartholus exi= ſtimauit.[b] Igitur hæc obſeruatio de tribus perſonis quo= niam tendit aliorſum, hic promouere nihil poteſt aduer= ſante regula ciuili, quia ſumptum ex diſſimilibus argumen= tum improbatur.[c] Accurſium[d] uerò qui mentionem co= gnitionis iniecerit, haud probabiliter feciſſe puto, ſi forte id egit, ut ſuppleret quaſi mutila lex alias eſſet, atque nian ca, & aliquid exigeret, quod petendum eſſet aliunde, utpote conſtitutionis quam protulit,[e] uerbis perſuaſus, eaq; ratus ad illum, quem interpretaretur, locum pertinere. Circun= ſcribuntur enim ſuis illa finibus, & iis arctioribus, quàm ipſe uel quo enarrat, uel quo adducit ea loco ſuſpicetur.[f] Ná neque generaliter in lege ueteri 8 poſſunt accipi (quod ſupra cenſui) neque ad nouellam conſtitutionem, quæ ſpe= ciem continet abſimilem, trahi ſecundum regulam proxi= mè relatam.[g] Quod ſi nos admonere maluit uideri legem quam tunc in manibus habebat, ultro citroq; notionem re quirere, ſicut alibi quoque Iuſtinianus exigit, & ad hoc ex= tremum ſimpliciter indicandum, uetus Iuſtiniani ſcitum in= duxit, hunc hominem peracutum iudicamus. Nam & nos afficit, exemploq; in ſuam allicit ſententiam, nec idcirco la= bitur eò, ut diuerſas leges miſceat, & inde huc aliquid infe rat, quo tanquam uinculo altero iniecto, itaq; binis legibus irretiti teneamur. Nec mouet quòd nouam legem diſtin= guat, uel ſuppleat uetus,[h] quoniam illud uerum eſt, cum lex utraque continet unum, idemq; argumentum, nec ſen= ſus aut uerba quicquam pugnant.[i] Hic autem diſcrepant, argumenta, ſenſa, uerba, ut apparet ex iis quæ dicta ſunt ſu= pra. Atenim dubitari poteſt Accurſii ſententiam ſic ener= uatam in ſpecie legis nouellæ ſequar, nec'ne. Et ſcio illos q bus erat perſuaſum omne robur Accurſianæ huius ſenten= tiæ in ſcito uetere Iuſtiniani collocatum eſſe, totumq; inde Accurſium pendere exiſtimaturos hæc ideo me ita diſſer= uiſſe, ut eam funditus euerterem, ad nihilumq; redigerem. Ego Accurſium[k] rectè arbitror ſenſiſſe. Et ſi quis auto= graphi uerba contempletur, deprænder id omnino conſe= qui, quod Accurſius in lucem trazit ex abdito. Iubet enim Cæſar eo loci[l] tres intereſſe ciues abſentium uice fungétes indicis confectioni, probitate morum, fideiq; præſtantia conſpicuos, & quorum facultates pari æſtimatione cum re= bus adſcriptis repertorio, cenſeantur, ut Accurſius[m] eſt in terpretatus, quem cæteri deinde ſecuti ſunt.[n] Quis autem ſingillatim tam multa norit in aliquo ciue ſuo, cui non ſit ipſe uiciſſim notiſſimus? ſed tamen quoniam poteſt uſu ue= nire, ut hæres interdum minimè ſit ei cognitus, cui ſingula

a l. ubi numerus. ff. de teſt.

b In. d. auth. §. ſi enim nu. iiii. ibi & ad confectio. inuent. debét &c. item debent adhiberi tres te ſtes eius.

c l. naturaliter §. nihil cõe ubi Alex. col. ii. i. de acq poſſ l. inter ſtipulátē §. ſacrá uerſ. ſed hæc diſ= ſimilia. i. de uer. oblig.

d d. glo. uer. tribus

e d l. fin. §. ſi autem dubius al= leg per d. glo.

f Glo. d §. fin aút dubius uer. cognoſcát. d. glo. uer. tribus.

g d. §. ſin autem dubius.

h Glo. l. ſciendum. ff. q ſatiſda. cog glo. l. ideo l. quod uero in fi. ſ. de leg.

i Arg not. per Iaſ. d. l. ſciédum ſal. l. i. & col. iii. ℣. ii. ḡ limito &c.

k d. glo. uerſ. tribus.

l d. §. ſi uero abſunt.

m Glo. d. §. ſi ℣o. uer. ſubſtátiá.

n Bar. & Ang. d. §. ſi uero. Iaſ. l. fideiuſ. ſ. qui ſatiſda. cog. Bal. auth. ſed cum teſtator. C. ad. l. falcid.

à lege requiſita adeſſe nihilominus habeat ipſe compertum
quòd fortaſſe hominis integritas & affluentia diuitiarum,
uerſatur in luce clariſſima, hæres autem eſt humilis & ob-
ſcurus, ideoq; non ſequitur neceſſario quod uolumus, qua-
propter operæpretiu fit parum, [o] miſſis his factis unum il
lud præ omnibus cum Accurſio facit, urgetq; mirabiliter,
quòd hi tres uiri petuntur extra documenti ſolennitatem,
& ſi iis quorum intereſt forte hoc ſederit, teſtimonium di-
cunt iurati. ſolis enim tabulis utique legitimo teſtium nu-
mero ſubnixis (nam uni librario non habetur fides uſpiã,
ne dum in recente Iuſtiniani lege nullis teſtibus laudatis: [p]
& ſi hæc interpretatio repellatur iam uulgarem formam,
qua documentum ſine teſtium adhibitione fidem non face
re proditum eſt, Iuſtinianus abrogauerit. Præterea conſtitu
tioni antiquæ uel detraxerit, ſi deinceps ſoli tabulario cre
di uelit citra ullos teſtes, uel adiecerit, quaſi de teſtibus ni-
hil prius cauiſſet. Quorum in utroque ſecum ridicule pu-
gnaret. Nam & ſe antiquius ſcitum tantummodo collocu
pletaſſe profitetur, [q] & ibidem agit de teſtibus accerſendis.
Nec ſubeſt correctio, niſi eruto per contrarium argumen-
to. ſed hoc non accipi, ut quicquam corrigatur, inter om-
nes conſtat [r]) Iuſtinianus non contentus duplex genus pro
bationis hac in re poſtulat, ſolẽnes tabulas, & grauium in-
ſuper hominum deuincta iureiurando teſtimonia. Eſt au-
tem perſpicuum ſuper iis quæ in publicis ſunt perſcripta
documentis, haud oportere amplius quenquã de teſtibus
ſollicitum eſſe, cum tabulæ ſint totæ ex ſe ſe aptæ, & in ſe ip
ſæ repoſitam uim omnem probationis habeant. [s] Ex di-
uerſo non dubium eſt qui ſunt teſtimonium dicturi, quin
eum noſſe debeant, qui eſt ab ipſis ſumpturus in aliquã rem
teſtimonium. [t] cum igitur hæredi tres iſti teſtimonium in
tegritatis ſint daturi, eum planiſſime cognitum habeant,
oportet. ſic Accurſii ſententiam cum autographi [u] uerba,
tum hæc (quam dico) regula præſtant inuictam lege anti-
qua Iuſtiniani huc nihil attinente. Et adeo autographum
illud exuberat, ut etiam formulario teſtes non incognitos
eſſe uelit. Quod annotat & Baldus. [x] Sed iam nos admo-
net ſui quæſtio, unde ſumus initio digreſſi. Quod ergo di-
citur errorem tabularii partibus non obeſſe, quò minus ea
ſubaudiãtur, quæ perſcribi conſueuerunt in tabulis, [y] erra
tumq; reſtituatur (nam fortaſſis hoc aliquis obiiciet) eſt in-
telligendum de clauſulis & ſolennibus ad eum ipſum tabu-
larium ſpectantibus: [z] nec ita ſimpliciter. [a] Qua de re lo
co ſuo. [b] Generaliter enim quidam putant (id quod in ea
quoque definitionem, de qua mox, ualet plurimum) cum ta
bulis aliquid exigente uſu adiicitur, coq; non appoſito ni-
hil intelligitur actum, ſi fuerit illud neglectum, nulla ſubau
ditione tabulas cõualeſcere. [c] At nominis huius obteſtatio

o l. non hoc. C. unde legit. c. in præſentia de probat.

p In auth. de tabel. in prin. §. ſed & ſi inſtrumenta in auth. de fid. inſtru. glo. d. §. ſi uero abſunt uer. quantum ad hoc &c. Alex. conſ. xiii. nu. viii. lib. i.

q d. §. hinc nobis uerſ. illo adiecto ſolo.

r l. conuenticulam ubi not. C. de epiſ. & cler. Doct. l. i. ff. de offi. eius cui.

s Bar. d. §. hinc nobis col. iii. in prin. Bal. d. l. fi. §. cum igitur col. v. nu. xvii.

t Glo. l. iii. uer. debet ergo. ff. de teſti.

u d. §. ſi uero abſunt Bal. l. in donatio. C. de donatio.

x In rub. C. de fid. inſtru. col. iiii uerſ. circa tertiũ de teſtib. &c.

y l. fin. ubi glo. C. de fideiuſſ.

z Bar. l. ſi librarius ifra de reg. iur. Bal. rub. C. de reuocan. his q̃ in fraud. cred. col. pen.

a Bal. §. pacta de pac. conſtan. in l. cum proponebatur col. i. ff. de leg. ii.

b Iaſ. l. gallus §. idem credendũ ff. de lib. & poſth. Alex. l. ſi finita in prin. infra de dam. infec. Barba. conſ. viiii. col. pen. iiii. uol.

c Ang. l. licet. C. locati Dec. c. cũ M. Ferra. col. ii. in fin. de con ſtitu. l. ſemper in ſtipulationib. ad fin. infra de reg. iur.

munus eorum, qui contrahunt aliquid inter ſe, reſpicit, ſicuti paulo poſt docebo. Vnde ſemel poſthabita rem deducit ad irritum.[a] Huic opinioni ſuffragatur & illa quam modo retuli, quorundam ſententia, quæ omnino ex parte contrahentium uera eſt, an ex alia alibi attingendum. Et quia hæc prætermiſſio partium culpa contingit, irritas eo nomine tabulas librarius edere compellitur, nec ſollicitus eſſe debet, an ſuſtineri quod actum eſt, poſſit.[b] Dixerit aliquis in actionibus promiſcuis ad inuocationem ſacroſancti nominis adigendum eſſe neminem, quemadmodum reprobatur in teſtamentis quoque & alias iuriſiurandi conditio uelut anceps:[c] ideoq; morem, qui furtim obrepſit nominis huius expoſcendi, compeſcendum eſſe, ut minime ſalutare.[d] Vrget acriter hæc argumentatio. Et quamuis pluribus occurrere poſſim, quia tamen aliqua ſunt leuiora, unum obieciſſe contentus ero, quod fuerit ſatis ad diſſoluendū hunc nodum. Scimus ut interſit publicè ſupremam hominis uoluntatem quæ reditum neſcit,[e] ad exitum perduci.[f] cuius rei illa eſt ratio, quia cernentes homines ex fide, aliorum extrema iudicia executioni mandari, idem quoque de ſuis ſperare audent. Quod ad rem longè reddit eos attentiores, ſpes enim uti legaueris rei tuæ, ita ius fore ingens ſtudium excitat acquirendi. Id quod ad commune pertinet cōmodum[g] quanquam Alciato alibi alia ratio placet. Prætor ergo ne teſtamentum uel nimia religione deſtitueretur uel conſiſteret, anſa tamen quadam peccandi contemptoribus numinis præbita, iuriſiurandi conditionem remiſit, & publicæ utilitati, primum, dein priuatæ maluit eſſe conſultum[h] præcipue teſtatoris, qui nequaquam poterat amplius uelle,[i] & ferè ſemper plurium, ut ipſius qui teſtamentum feciſſet, ut hæredis facti, ut legatariorum, quibus benigne fiebat. Namque his erat obfutura teſtamenti infirmatio, ſi religioſior metus abſterruiſſet hæredem, qui è contrario ſi tabulas aditione confirmaſſet, uerendum erat ne ſpreta pietate periurio implicaretur. Itaque prætor optimo ſanè conſilio uoluit uniuerſis prouiſum eſſe: ac largè ſuccurſum. Verum aliud in quæſtione noſtra eſt. Nam præterquam quòd inuocatio hæc uim non habet iuriſiurandi,[k] ut aut nos deterreat, & auertat incepto uerētes ne obſtringamur periurio niſi præciſe (id quod eſt proprium iuriſiurandi)[l] datum factum'ue quid fuerit, aut æquè deſpicientiam numinis inducat ſi contrafiat, atque ſi iuratū ſit præterea plures affici detrimento non poſſunt, ſi aut non contrahatur, cum plerunque & res ad paucos attineat, & ultro citroq; tam onus quàm emolumentum uerſetur, parq; ſit ratio acceptorum, & datorum,[m] aut contractus ad nihilum redigatur, cum liceat ex integro telam exordiri contrahentibus, nec ſit hæc facultas eis adempta. Quod ſecus

a l.quicquid aſtringēdæ cū ibi not.p Alex nu.iii.uerſ.& ex hac lec.īfert.not.Ang.&c.ff.de uerb.obligationib.& Bar.l.cū qd col.ii.uerſ.i.caſū aut omittitur id qđ &c.§ ſi cer.pet.facit Bal.in.d.l.cū proponebatur.dū loquitur de ſolen.actus omiſſa.

b Dec.c.i.poſt nu.xlvi.de probat.

c l.quæ ſub conditio.in prin.§.de conditio.inſtitu.§.quæ uero nunc in auth.de nupt.

d c.cōſuetudo uerſ.quod ſaluti profic.i.diſtin.c.ex parte.c.fi.de conſue.

e l.i.C.de ſacroſan.ecc.

f l.uel negare quemad.teſta.aperiantur.

g §.fin.ubi glo.Inſtit.de iis qui ſui uel alie.not.in.l.i.§.ſol.matr.Lib.parerg.v.c.xxv.

h Arg.d.c.ex parte.

i d.l.i.C.de ſacroſan.ecc.

k Simile Abb.c.ſuggeſtū col.fi.uer.in glo.fin.i fi.de iur.patr.

l Glo.l.ſi pecuniā uer.neceſſe §.de condict.indeb.ubi Iaſ.nu.ccxiii.& §.actiones infra rub.de uer.oblig.col.fi.

m l.labeo §.contractum infra de uer.ſignifi.

in teſtamentis apparet eſſe, ſi corruant. [n] Adde quod teſtatori haud uitio dandum eſt, licet talem hæredi conditionem adſcripſerit, qua potuit abſtinere, [o] ſed potius ducendum laudi, quia neque hæredem ſuperſtitioſum, aut impiũ fore exiſtimauit [p], neque ſuis indormiuit ſupremis, ut ea omnimodo fini traderentur, [q] præſertim cum nulla inciſbat ei conditionis eius quem inſtituit hæredem inueſtigatio, & ſæpe accidat, ut nec dum nati, uel aliàs ignoti, aut ét impii ſeu neceſſitate quadam, ſiue caſu hæredes ab eo ſcribantur. [r] In contrahentibus autem non ita eſt, quibus ualde eſt proſpiciendum, ut ne cum improbis ineant contractus, & magis de induſtria, quã prouident de conſilio legis ne cum iis negotium contrahãt, qui facultatibus lapſi ſunt, aliàs'ue parum idonei habentur. [s] Quod quia ferè [t] poſſunt ac debent facere, eorum culpæ aſſignabitur, ſi diuinũ nomen fuerit eluſum. Sed utinam uel Iuſiurandum tempeſtate noſtra creberrimum efficeret, ut fraudibus in contrahendis rebus abſtineretur. Vt ergo in pauca rem cõferam, ne'ue de ſingulis agam, Chriſti ſeruatoris nomen ex conſuetudine in contractibus enuntiandum cẽſeo, & aliter initos contractus puto conſiſtere non poſſe. Sequitur alia quæſtio uelut pediſſequa ſuperiorum. de qua tum dicam quod ſentio, cum ea quæ interpretes ſcribunt, excuſſero. Quæritur ergo Chriſtus apud Iudæos implorandus ſit, nec'ne, quibus in locis hic præfandi mos inoleuit. Et implorandũ eſſe Alexander autumat, alioqui tabularum fidem uacillaturam. Quam ſententiam aſtruit cum Bartholi autoritate, [u] tum quodam argumẽto, quod tale eſt, Manifeſtum eſt inuocationem diuini, annotationem Cæſarei, nominis, deſcriptionem annorum, conſulis, diei, ſoléniumq; reliquorũ, ad tabellionem ſolummodo pertinere, ad contrahentes nihil quicquam. [x] Sed hoiem chriſtianũ tenet pia cõſuetudo. Haud igitur uacat culpa, qui ſuo non fungitur munere. [y] Enimuero minuenda hæc Alexandri eſt opinio. Primum igitur non negauerim, quandoque pugnantia loqui Bartholum, cæteros ſæpiſſimè. Quo nihil poteſt eſſe uitioſius. [z] Si quidem legimus Didymum quo plura ſcripſit nemo, ſugillatum fuiſſe, quòd ſemel haud ſibi conſtitiſſet quiddã repudians ut fabulæ propius, quod aliàs ex hiſtoria tanquam ſic geſtum ſe petiiſſe confirmarat. Et Papiniani inconſtantia quaſi cornix alba noſtro Iuſtiniano eſt obſeruata. [a] Sed tamen hac in re nihil eſſe ab eo uariatum audeo dicere, quicquid Alexander communiſcatur. Nam libro ad edictum de edendo [b] ſcribit euidenter apud Iudæos Chriſti nomen inuocari non debere. Nec admodum rationi cõuenit, ut inficiemur eum à Barthᴏlo ſcriptum eſſe, quod Alexander facit, [c] inculcans ſubinde nobis fuiſſe eius libri autorem Alexandrum neſcio quẽ Peruſinum: Cum phraſis

illa

n Arg. not. p caſtrẽ. l.i. col.ii. ad fin. uer. quia illo non arbitrante ſ. de leg. ii.

o Arg. d.l. quæ ſub conditio. uer. etenim potuit. l. ſi in teſta. ſ. ſi quis omiſſ. cauſ. teſta.

p l. merito. ff. pro ſocio. c. eſtote de reg. iur.

q Arg. l. qui aũt §. ſciendũ infra q̃ in fraud. cred. l. cum pater §. filius matrem. ff. de leg. ii.

r l. gallus in prin. ff. de lib. & poſth. §. fi. inſt. de hæred. inſt. l. quã cũ filiũ uer. ignotus teſtatori. l. his uer. §. i. ff. eod. tit. facit. Solo. eccleſ. c. ii. uerſ. habiturus hæredem.

s l. qui cũ alio infra de reg. iu.

t c. inter c. ſi uero de ſenten. excom. c. qm̃ multos c. fi. xi. q. iii.

u Hic & in prin. C. & ff.

x d. auth. ut p̃po. no. imp. uer. unde ſancimus. Bar. l. ſi qs legatum col. pen. infra de falſ.

y Arg. c. non eſt in de reg. iu. in vi. à contra. l. diuus adfi. de offi. pſid.

Quintil. lib. Inſti. orato. i. c. xiiii. ad fi.

z Decius. l. nemo poteſt mutare infra de reg. iu. Dyn. c. mutare de reg. iur. in. vi. & ibi per addit. l. eos. C. de mo. multa.

a l. manifeſtiſſimi §. ſed cum in ſecundam. C. de fur.

b l. ſi quis ex argenta. §. ſi initiũ col. iiii. ff. de eden.

c Hic col. iii. l. iuriſgentium §. quod fere ſ. de pac. col. ii.

illa nihil à reliqua diſcrepet, ibiq; loci ſimilis Bartolus ſui peræque fluat lutulentus.[a] utq; uera prædicet Alexander, nihilominus perſuaſio communis potior eſt,[b] Gymnaſiorumq; conſenſus.[c] Item non arridet Iaſonis opinio exiſtimantis loqui Bartholum de ſcriba, qui ſit à Chriſtianorum concilio ſegregatus. Quinimo arbitror eum agere de ſpecie non omnino certa.[d] Quotus autem quiſque eſt, cui non exploratum ſit ſcribam Iudaicæ ſuperſtitionis Chriſti appellatione interdici, cum palàm hoc lege Honoriana caueatur?[e] ſcribam autem apud ſuos Iudæum eſſe poſſe hæſitat nemo.[f] ſed apud nos ei nec hoc nec aliud munus leges impertiunt.[g] At ex hac rubrica ſicut ex aliis quoq;[h] Bartholus Imperatoris exemplum ſecutus depromit argumentum quo ſuſtineri tabulæ poſſint apud Iudæos à tabellione chriſtiano confectæ, ſi fortè Chriſti nomen in eas irrepſerit, & tabellio peccarit hoc nomine. Tantum abeſt, ut ſeruatorem apud eius oſores uelit expoſci. Sic Bartholo ſecum belliſſimè conuenit. Nec eũ latuit regula iuris,[i] qua traditur ea quæ redundant non uitiare ſcripturas, ſed exiſtimauit parum ad id quod poſuerat communiendum ualiturã, in quo de repugnantia uel deriſione in primis ageretur. Vtrouis enim te uertas, aut Iudæus inuocans illudit,[k] aut formularius id agens rem indignam paulo minus facit, & quam uix Bartholus argumento ſuo lautiſſimo queat ſuſtinere. Cui tamen appoſitiſſimè ſimilanti dandum eſt, ut ex diſcordibus mẽbris coagmentatũ corpus coaleſcat. Nec enim hoc conceſſerit, niſi urgeat exemplum uetus.[l] Alexander porrò nunc uidetur manus argumento dare, nunc accingi contrà nunc hoc in medium relinquere. ſed quæ hæc inconſtantia? Verum de Bartholi autoritate plus ſatis. Reliquum eſt autem, ut eius argumentũ paucis refellamus. Quod aſſeuerat ſpectare ad librarium diuini nominis commemorationem, qui ualeat hoc probare nõ uideo. licet enim prænotandi nominis Imperatorii prouincia formulariis delegetur,[m] nõ tamen & diuini. ſunt enim diſſimilia hæc, ut non alterũ ex altero ſit iudicandũ.[n] Namq; Cæſaris nomen ad ſcripturæ fidem pertinet, ut annus, conſul, dies indictio ſicut à me eſt ſupra diſputatum. At inuocatio Chriſti aliud ſpectat, id quod & ſupra cõprobaui. Tum Bartholus eo in loco[o] quem profert Alexãder, nullum de Chriſto uerbum, ſed tantum de conſule & die. Idem alibi[p] de talibus diſſerens Chriſti nomen ſupprimit. Qua reſtrictione Baldus quoque non ſemel uſus eſt, tametſi Alexander parum attenderit.[q] Talis fuit & Iaſonis cautio.[r] Tantum facit cum Alexandro quæſtionis huius ac ſuperiorum conceptio. quæ declarat ab interpretibus ſenſum librarii partium eſſe numen appellare, cum ſemper eius meminerint, contrahentium nunquam. Et hæc extrema uacaſſet omni dubitatione, ſi contrahentes Iudæos nõ Chriſtianum contractus ex-

a Arg. not per Alex. hic col. 8. uerſ. hoc demonſtrat ſtili &c. à ſenſu contra.

b l. Barbarius de offic. ꝑtor. §. ſed cum aliquis inſtit. de teſta.

c Doct. l. i. §. ſi cer. pet. Abb. c. ult. in fi. de feud. doc. in prin. feud. Abb. c. cũ cãm nu. i. de ꝓb.

d Arg. l. quod labeo de carbo. edic. & not. per Alex. l. ſi quis id quod col. i. uer. quia aſs quæſtio ff. de iuriſdic. om. iud. Abb. c. cũ in iure. not. ꝑ de elect. Dec. l. quoties idem ad fin. de reg. iur.

e l. iudæos. C. de iudæis. Bar. i. conſtit. ff. col. ii. circa med.

f Abb. c. cum ſit col. i. de iudæis Iaſ. hic & rub. de iuſt. & iur. num. viii.

g Ang. in auth. iuſiuran. quod præſta. ab iis col. ii. Iaſ. hic per. c. nulla officia. liiii. diſt. c. conſtitutio. xvi. q. iiii. l. fina. c. de iudæis Abb. c. ex ſpãli per illum textum de iudæis.

h Supra in proœ. col. ii. uer. ex quo optime colligitur ibi ut Iuſtin. hic facit in pri. C. col. i. uer. et ex hoc habetis uer. poteſt.

i l. teſtium. C. de teſti. l. non ſolent infra de reg. iur.

k d. l. iudæos. c. i. uer. blaſfemũ extra de iudæis.

l Arg. Inſtit. de inutil. ſtipul. in prin. cum glo. Bal. in proœ. ff. uer. itẽ quos Deus ſeparat. col. 4.

m d. auth. ut præpo. uer. unde ſancimus.

n l. inter ſtipulantem. §. ſacram uer. ſed hæc diſſimilia de uerbo. oblig. cum ſimil. ut. s.

o d. l. ſi quis legatũ col. pen. infra de falſ.

p l. i. §. quod parui infra ꝙ ui aut clã. d. l. ſi librarius de reg. iu.

q Bal. l. ſi poſt. diuiſione per Alex hic alleg. C. de iur & fac. igno. l. ii. ad fin. C. de fideicom.

ceptorem reſpexiſſent. [s] ſed nemo in interpretum uerba adſ gi debet. [t] Ego licet in quæſtionibus concipiendis à ueteribus non temere diuerterim propterea quòd omnia concinnius proceſſura,ad excutiendosq́ interpretes accõmodatius, & penè tantundem in duabus duntaxat prioribus, utra in parte conſtitiſſent,effici uidebam, aliquot locis mea neceſſariò ſententia aſperſis, hic tamen ubi nec ordinis ulla poteſt eſſe peruerſio,& res fert,cogitóq́ potius (ſiquidẽ hæc poſtrema quæſtio aliter exitum haud facilè inueniret) mihi faciundum putaui,ut noſtrum hoc quoque in medium afferrẽ,Seruatoris implorandi officium non ipſi formulario,ſed partibus incumbere. Vt autem ſic opiner,adducor,quia ad finem Chriſtus inuocatur,ut eius uenerati adiumento fœlix principium nacta res exitu,fauſtiore concludatur. [u] Sit autem ridiculum & inſulſum de re tabellionis intelligere,quæ eſt mẽbrana literulis ab eo deductis imbuta, quæ rem à partibus geſtam, ipſumq́ contractum explicat. [x] cum fuerint etiam qui dixerint ne rebus quidem contrahentium niſi maximis, & perennibus tantummodò cõtractibus intereſſe Chriſtum oportere. [y] Nec Deus interſit, niſi dignus uindice nodus. Inciderit,noſter inquit Flaccus. Suadet autẽ naturalis æquitas,ut inuocatione,onerentur ii, quibus hæc emolumentum e ſt allatura. [a] Vnde ita conſuetudo interpretanda eſt,ne cũ natura diſſentiat. [b] Nihilóq́ magis eſt dicendum,quia ſeruus ipſe publicus manu ſua documentis id nominis antepo nat,eũ attingere hoc factum, quandoquidem perſcribit etiã contractũ qui tamen ad ipſum nihil quicquam attinet. Vtq́ inſtrumentum conficit idem, nec contracta res eiusq́ fides obliuioni tradatur,ſimiliter Chriſtum tabulis inſerit,ut extet mori contrahentes obtẽperaſſe. [c] Quibus ita poſitis, & approbatis quorſum uelit Alexander tale nomen Iudæis ꝑ dere non intelligo. Niſi fortè ſicut olim Iouem Dionyſius, pari modo hodie Chriſtum Alexander ſceleratis fauere ſuſpicatur. Ita fit, ut è tribus una & altera quæſtio in cõtrahentium perſonas cõcipi debuerint(quanquam in prima defendi poteſt alia opinio, cum ducatur ex lege nouella Iuſtiniani,qua ſeruus ipſe publicus oneratur. [d]) hæc ultima fit uſquequaque ſuperuacanea. [e] Enimuero dei nomen commune eſt omnium,ſicut & cultus. Quò fit,ut illiget quoſque,nedum Iudæos Deũ inuocandi mos,ſicubi inoleuit. Cum autem ſint contrahentium partes Chriſtum ſiue Deum inuocare,apparet iam conſuetudinem eò uſque pedetentim progredi poſſe,ut adſtringat uel eos,qui ſine ſcriptura cõtrahũt (ut attigi ante) quod iure quidem non induci facilẽ Alexandro, [f] Deciòq́ [g] concellerim,imò nec moribus unquam receptum iri reiecta ad tabularium inuocatione. Et his eſt conſequens,ut eiuſdem prætermiſſio reponatur in rerum numero,quæ contrahentium curationis ſunt, ideoq́ talium regu-

lis

---

libert.tit.de pac. cõſtan.§. pacta.

r d.§.ſi initium col. ii.

s Arg.S.alleg. in litera d.& e. prox.

t Glo.& Doct.l.i.C.de leg.

u d.auth.quomo. oppor. Epiſ. in prin.d.glo.i. in proœ.Inſtitu. cum ſimil. utſ.

x Bart.d.l. ſi quis legatum col. pen.Alex.con.cxxii.nu.iiii.lib.ii.

y Spec.tit.de Inſtru.edit.§.breuiter uer.ante omnia fac. Alb.in Dictio.uer.pactã ardua.

In Arte Poet.

a l.ſecundum naturam de reg. iur.l.cum qui.ff.de iureiur.c.rationi.c. qui ſentit. de regu.iur. in vi.

b c.quo iure.c. mala conſuetudo viii.diſtin.Dec.c.ratio nulla not.primo de præben.

c Arg.l.contrahit.ff. de pigno. l. pactum quod bona fide.C. de pac.Alex.d.cõſ.cxxii.col.i.nu.iii.

d d. auth. ut præpo.no. impe. uer. unde ſancimus.

e d.l.iudæos.C. de iudæ.

f Hic col.iiii.ad fin.

g Dec.d.c.i. de fid. inſtru. col. ii.ad fin.

lis innitatur. Quod ſupra quoque cenſui. Sunt autè hæc quæ de repertorio & inuocatione accuratius diſſerui pódéris maximi cum aduerſantibus unà, ideoq́ in me haud iaciendum eſt ſcitum illud Ioannis Andreæ, Eos repræhenſione uideri nó indignos, qui diſputant aduerſus infrugiferas ueterú ſententias. [a] Neminem tamen fore puto, qui non malit errâre cum gloſſulariis, uniuerſaq́ ſchola enarratorum, quorú præiudicata autoritas egit radices altiſsimas, ut euelli nullo queat pacto, quàm bene mecú ſentire. Quilibet ut lubitú fuerit, agito. Nihil enim impedito. Sed liber interim mihi ſtylus eſto & libera uel contra receptas opiniones rationem, ſequenti ſententia. [b] Quid porro uetat complures interdum florentibus ingeniis præditos à ueritate quò ſagacius eam ueſtigant, eo lógius abeſſe, quam tamen habeat unus aliquis poſtremæ claſſis repertam? [c] Sed iam ad reliqua pergamus hoc eodem clypeo muniti.

IVSTINIANI Imperatoris, ENVCLEATI Iuris, PANDECTARVM ſeu DIGESTORVM LIBER Trigeſimus Nonus. Hinc elicimus caſum, qui modo genitiuus, modo paternus nominatur, interdú rei autorem, [d] quandoq́ eiuſdem argumentum, & materiam, faciem aliquando & formam compræhendere. Quanquam uis ipſa talis caſus eo maximè ſpectat, ut oſtendat rem eſſe præcipuam alicuius; [e] & propriè dominiú ſignificat, [f] tam futurum, [g] quàm præſens, [h] ſed quo ſit nullum iuſtius. [i] Vnde traditú ſcio, quoties agitur de cuiuſpiam dominio, in ambiguis hunc caſum referri ad directum, ad id quod utile appellant, nunquam. [k] Cuius rei & illa ratio eſt, quia ſignificatio dictionum, quæ cæteris antecellit, potiorq́ eſt, reliquas debet præcurrere. [l] Sed tamen (id quod & alias receptum eſt [m]) quoties occurrit hæc nota in ſermone, ipſam debemus in eam partem accipere, in quam id quo de agitur, ſuadet ut accipiatur. [n] Quo fit ut crebrò neceſſe ſit intelligere alicuius dici rem etiam procuratione quadam, quam aliquem rei cuipiam impendere oporteat. [o] Domum quoque alterius in lege cornelia, uel conductam, uel hoſpitalem, uel alias gratuitam accipimus ob iniuriam, quæ par eſt ubique. [p] Hac quoque loquendi forma demonſtrari poteſt ius, quaſiq́ dominiú, qđ inſtitutus habet in ſacerdotio. [q] Huc accedit, quòd eodem caſu iudicatur etiam poſſeſſio, quam peperit nobis ſiue ortus iure patriæ, ac naturæ, ſiue domicilium, & habitandi códitio lege ciuili. [r] Tum notat hic caſus poſſeſſionem, quam profani ratione iuriſdictionis adipiſcimur. [s] Nam pontificalis imperii longè alia eſt cauſa Siquidem ea uis pedo non eſt, quæ ſceptro, ut antiſtitis æque, atque regis contumaciam populi ſequantur. Quod aliqui prodiderunt. [t] & ſi aliis cótra uiſum eſt. [u] Sæpius etiá hoc genere locutio=

a In addit. ſpec. tit. de loca §. nunc aliqua ad uerſ. 241. Iaſ. in proœ. feud. numero. 33.
b Dec. cap. primo numerò. 29. verſ. conſti.
c l.i. circa medium verſ. cum poſſit unius. C. dè vete. iur. enu.
d Glo. l. quoties in ſtipulationibus infra de ver. oblig.
e l. locú in prin. ś. de reli. c. quo iur. 8. diſt. not. in. l. quintus mut. ś. de au. & arg. leg. Abb. cóſi. 83. lib. 2. Bal. l. prima. §. item Póponius. ff. nau. caup. ſtab.
f l. ſeruus titii cú glo. ver. illius ś. mád. l. ſi hæred. ſeruus de leg. i. l. ſi ſeruus cóis Mœ. & caſtrē. infra de ſtip. ſeruo.
g l. ſi mora. ff. Sol. mat.
h l. 3. §. Póponius. ff. ad exhib.
i l. i. ver. iux. vbi. Bar. ś. de teſt.
k Iaſ. hic & rub. de iuriſd. om. iud. arg. l. ſi domus in fin. de. le. i.
l l. i. §. ſi ff. ſi ag. vectig. ſecúdú Bar. & oès ibi. & alibi millies. l. his verbis vbi. Bal. de hered. iſti.
m l. quoties idem Sermo ubi Dec. de reg. iur.
n d. l. i. §. ſi. ſi ag. vect. ſecundú Bar. in. l. ſi iure §. eandé in fin. infra de except. rei iud. d. glo. l. quoties i ſtip. Dec. d ru. đ iur. om. iu.
o c. pro illorú ver. ſuarú ecc. vbi glo. de præben.
p l. lex cornelia. §. domum infra de iniur.
q l. ii. §. quædá infra de interd. c. quia vbi Aret. de iud.
r c. accedés. ii. vt lit. nó cóteſt. ver. è terr. vx. ſue oriun. vbi glo. ver. terr. inimic.
ſ Glo. c. p̂. ver. regi vbi Abb. col. v. de poſt. præla. Alex. hic col. ix.
t Abb. c. ſane. ii. de off. deleg. fac. Alex. conſ. 124. col. ii. lib. i.
u Dec. poſt Mod. d. c. ſane.

nis deſignatur res, quæ ſit alicuius nō alio iure, quam ſocietatis, & amicitiæ. Quod uel in pœnis locum ſibi reperit. Vnde ſi Romanus Pontifex regis, Ducis' ue populis interdicat ſacrificiis, cenſetur eos quoque populos ſummouere à diuinis rebus, qui fœderis uinculo regi ſunt copulati, ei que ſolent opem ferre. [x] Hoc autem putauerim conſtitutum, non eò quòd inſit ulla animorum medicina (id quod & Iaſoni placuiſſe uideo [y]) ſed quia ſubeſt conſpirationis in omnes caſus ſuſpicio. [z] item uti rex anxior de incommodo ſociorum, quibus omni ſtudio cauendum eſt, [a] facilius ad ſe redeat, & ſit audiens dicto. Adde quòd idem probandum de locis, & oppidis quibus rex duntaxat utitur fruitur. [b] Quod idcirco cōtingit, quia uocabulum dominii conſueuit uſumfructum complecti, [c] ut plerunque dominus cēſeatur fructuarius. [d] Quamobrem non ineleganter ſentit Paulus Caſtrenſis, ſi conſtitutum ſit, ut de illato poſſeſſioni damno ſtetur eius iureiurando, qui dominus rei ſit, directo quidem domini iureiurando ſtandum eſſe, ſi iacturam fecerit ſolum, [e] ſin uſuſfructus ſit affectus, iuſiurandum eius ad quem res ea pertinet, [f] admittendum. Eſt enim mens legis, ut eius religione ſtetur, cui nocitū eſt. [g] Quod & Alexander ex facto reſpondit, [h] qui tamen hic obſcuris inuoluit uera, dum miſcet quæſtiones. Quanquam denique ipſi quoque placet appellatione domini fructuarium contineri, regisq; loca & illa cenſeri illaqueata quibus tantummodo rex utitur fruitur, ſicut à me eſt proximè definitum. [i] Ex quibus efficitur uſumfructum quoque paterno caſu bellè concipi. Verum ad ſententiam Caſtrenſis illud adde, quod uterq; iuratus debet audiri quotieſcunque & uſusfructus, & proprietas cæperint unà detrimentum. [k] Huc pertinet quod ſæpe genitiuus ad ſolam poſſeſſionē refertur, [l] ut cum lex uetat ex bonis cuiusq; rapi quicquam, rei'ue cuſtodiam mandat. [m] Eius enim fuit habenda ratio, cuius quoquomodo interſit ſibi nihil eripi, resq; quas intulit, ſaluas eſſe. Ideoq; bonæ fidei poſſeſſores, quibus actio publiciana cōpetit, utpote dominii inſtar habentibus, huc accedere ex ueteri æquiparatione manifeſtū eſt. [n] Quod utique intelligendum eſt, niſi bona fides apparente domino ſit diſcuſſa. Is enim facit, ut poſſeſſor deinceps pro nihilo ducatur. Idq; Bartholo placuit. [o] His Iaſon ſubiicit hunc gigendi caſum præpoſitioni ex adiunctum originem denotare.

[p] Quapropter ſi teſtator ſubſtituat filiis ex linea fratris proximum quemque, intelligitur fratris prolem tantum, nō etiam genus aliud propinquorum fratris uocaſſe. Quod Baldus reſpondit [q] Sed ego ut Baldi ſententiam laudo, ita rationem hanc probare non poſſum. Itaq; exiſtimo potius attendi lineæ mentionem, ex qua quoniam nemo eſt, qui in eadem non ſit, [r] haud obſcurum eſt aliunde coniunctos non intelligi ſubſtitutos. Cum autem Vlpianus [s] nominatim de

x d.c.p̄. cū glo. ver. ꝓpriā ubi Abb.col.viii.de poſtul.prælat.
y Hic Dec.l.ſemper in obſcuris col.pen.de reg.iur.
z Arg. d.c.pri. verſ. quæ tunc temporis Abb. d. c. accedens.ii. col.iii verſ.item vide per.
a Arg.not.per Abb.d.c.primo col.viii in fin.
b Ioā. And.& Gemi.in c.ſi ſententia §.p̄.de ſenten.excō.in.vi.
c l.in vendit. in prin. infra de bonis aucto. iud. poſſid. Bar.& alii in l.q uſumfructum infra de ver.oblig.
d l.iiii.ff.de vſufruct.l.ii.l. oſſa §. pen. ff. de relig.l.ii.§. dn̄s vbi glo. de leg.ii.l.i.§.non ſolum infra de arb. cæd. glo. & Bar.rub. C.de vſufru.
e Arg.d.§.pen.
f Arg.§.ſi locus in d.l.oſſa.
g Arg.d.§.non ſolum d.§.pen. d.§.ſi locus.
h Conſ.v. puto de iure concludendum lib.4.
i Arg.d.l.primæ in prin. & §. non ſolum.
k Arg.l.is qui in puteum §.fin. cum l.ſeq.infra q vi aut clam.
l Glo. d. l. quoties in ſtip. de verb.oblig.
m l.ii.§.in hac.ii.vi bono.rapt. l.i.§.ait prætor nau.caup.ſtab.
n l. magis puto §.p̄.ff de rebus eorum l.ſeruus in prin.de leg.iii. §.ſed iſte inſtit.de actio.
o In.l i.§.dn̄i ad Sillania.
p Arg.l. primæ §. nunc uideamus.ſ.de cōiung. cū emācip.lib.
q Bal. conſi. 321. parte i. teſtamento cauetur q literis.
r Mod.l.gallus §. nunc de lege ff.de lib.& poſth.
s d.§.nunc uideamus.

pronepotibus ſit locutus, nõ eſt quòd aucupemur eius verba, quæ ſemel cum originis nomine copulata ei deſeruiant neceſſe eſt. Igitur hæc uerba ſecundum res quibus hæſerint, intelligenda ſunt nihilq́ pro certo temerè conſtituendum. Addit idem quoties talis caſus applicatur curriculo temporis, eo ſermone doceri tempus abſolutũ. Vnde ſi teſtator Sempronio leget aliquid, cum erit annorum quinque & uiginti, nihil eſt homini præſtandum antequam tempus illud ex toto tranſiniſerit. [a] His annecti poteſt quòd Alexander & Iaſon hic tradunt, quorſum rem quampiam aliquis inſtituat hoc ipſo caſu nonnunquam deſignari. [b] Quo fit ut Baldus [c] cenſuerit, ſi relinquat aliquid teſtator Aſyli collegio, ſodalitati'ue, quã flagri uerius quàm diſciplinæ Gymnaſium dixerimus, Antiſtiti quartam legati partem deberi: cũ iure pontificio caueatur, ut quarta pars cunctis de rebus quæ fanis & Aſylis legantur ad ſacrificulos, & tenuiorum cœtus alendos decidatur, & addicatur Epiſcopo: [d] propterea quod ille caſus Aſyli indicat eam ob cauſam legaſſe teſtatorem, ut Aſylum ſeu domus hoſpitalis, nõ ſodalitas quæ huiuſmodi quartam præſtare nõ cogeretur, [e] rem legatam perciperet. Quod equidem ueriſſimum puto. Nam apud Scæuolam [f] quoque ſcriptum eſt id quod teſtatrix templi alicuius ſacerdoti legat, ædituoq́, non adminiſtris legari, ſed templo. Propter quod intelliguntur miniſtri à teſtatrice nominati. Et talis interpretatio pietatis coniectura defenditur. Quod & à Baldo perpenſum eſt. Vnde apparet nõ ſimpliciter uim paterni caſus, ſed alia quoque ſpectari. Quapropter uice mutua ſi Aſylo maſtigophororum ſit aliquid relictum, erit potior Aſyli, quàm illorũ cauſſa. Et ita Baldus aſſerit. Nam pietas quæ ipſi loco ortũ dedit, religioni huic aduentitiæ: nec adeo piæ [g] debet anteponi. Qua in re Alexander fœdè hallucinatus eſt, quia (ut opinor) memoriæ fidens quæ cum omni homini lubrica eſt, [h] tum Alexandro fuiſſe lubriciſſimam ferunt, [i] Baldi libris non admouit manum. Alioqui locus ille planior eſt, quàm ut calumniæ ulli ſit obnoxius. Sed quoniam genus hoc pertinet ad ſtatum coniecturalem, de eo operæprecium non eſt hic pluribus agere. [k] His conſequenter, caſus is paternus in priuilegiis ita accipiendus uidetur ut dominium duntaxat denotet, non etiam poſſeſſionem, uel detentionem. Quod à Pontano reſponſum eſt. [l] Cui acquieuerim, modò ne priuilegium nihil proſit, ut legum candidato ferenti ſecum libros ſibi commodatos, [m] ei'ue uni, à quo eſt profectum, ſit futurum damno, uel aliquid iuri priſtino formæq́ ſuæ reddat, uel loquendi uſus cõmunis aliud ſuadeat. His enim caſibus adiuuandum interpretatione priuilegium arbitrarer. [n] Quid autem ſi lege municipali cautum ſit, ut ad tollẽdã obſcuritatem (quod præſumimus in dubiis odio formæ [o]) ciuis facinoroſus in proſcriptos referatur nomina-

a l. ſi cui legetur in prin. ubi Bal. & alii. ſ. de leg. i.

b l. cum aliquis C. de. iu. delib. l. fil. fam. ff. de condit. & demõſtr.

c In l. ſi quis ad declinãdam §. in omn. col. vii. c. de epiſt. & cler.

d c. requiſiſti de teſta.

e Alex. conſ. 102. col. ii. lib. ii.

f l. annua §. attia ff. de ann. leg.

g Bal. l. illud col. ii. C. de ſacroſan. ecc. verſ. quid de eo ꝙ relinquitur frat.

h l. peregre infra de acq. poſ. l. hac conſultiſſima verſ. at cum humana C. qui teſta. fa. poſ. 23. diſt. C. præterea glo. clemé. ſæpe ver. & qa petitio. de ver. ſignifi.

i Alciat. l. parer. x. c. xvi.

k Doct. d. c. requiſiſti Soc. l. ciuibus. ſ. de reb. dub.

l Rom. conclu. 180. in fin.

m Bar. l. cum in teſtamento de au. & arg. leg.

n c. in iis de priuileg. l. i. ad fin. infra ad municip. c. ſi papa verſ. ut priuilegii nihil & c. de priuile-

gſls in.vi. Abb.c.quia circa not. iii. de priuileg. Iaſ.l.beneficium numero.xx.verſ. & dicit Inno. & num.xxxiii. verſ.ii. limita .ff. de conſtitu.prin. Dec.l.in omnibus numero.xi.infra de reg. iur. Bal. l. qui ſe patris col.pen. in fin .C. vnde liber.

o Iaſ.l.i. numero.v.ff.de lib. & poſth. Dec.l. hac conſultiſsima col.ii.C.q teſta.fa.

p l.liber homo infra de uer. oblig.

tim, etiam appellatione parentis & familiæ ſubiecta, ſic, Cornelius Niger Antonii filius? proſcriptioq́ fuerit hoc pacto concepta; Cornelius Niger Antonii? Et Alexander refert exiſtimaſſe Salicetum legi ſatis eſſe factum, quia gigendi caſus in huiuſmodi ſpecie nihil præter efficientem Cornelii cauſam, qui pater eſt, ualet oſtendere, cum liber homo ſit Cornelius, dominúq; neſciat. P Quod uero propius eſt. Nam & ueteres hoc ſermonis compendio uſos eſſe conſtat. Naſo in primo Metamorphoſeos libro,

Iam Meropis dici cupiens.

Quo genere loquédi noſtratium quoque Iuriſconſultorum reſponſa (ut legentibus cognoſcere promptum eſt) ſcatent. Hinc vulgo audiuntur illa, Franciſcus Accurſii, Ioannis Andreæ, Argentinus Rainerii, & quæ ſunt eiuſmodi. Nec abſtinet populus hac elocutione. Dixerim tamen aliud in fœmina debere obſeruari in qua hæc Apoſiopeſis habet dubitationem, propterea quòd ſubaudiri poteſt tam vxor, quàm filia, Maro.

Lib. Aeneid iii.

Hectoris Andromache.

Vxor hæc: Idem,

Lib. Aeneid. vi.

Deiphobe Glauci,

Hæc filia. Quod & in uernaculo Idiomate licet deprændere. Cum igitur hæc reticẽtia corrumpat demonſtrationem, apparet legi obtemperatũ non eſſe in incerto re relicta. ſubauditur & mater interdum. Talis autem mos obticendi fluxit à Græcis utentibus articulo uice nominis. Vnde lectum

Matth.c.i. Ioãn.c.xviiii. Lu.c.vi. Mar.c.ulti.

eſt apud Euangeliographos, ἐκ τῆς τοῦ οὐρίου, & μαρία ἡ τοῦ κλωπᾶ, & ἰάκωβον τὸν τοῦ ἀλφαίου, & μαρία ἡ τοῦ ἰακώβου. Nec illud omittendũ, ſi genitiuus hic caſus aliquã rem poſſit uel coarctare, uel demonſtrare, & utram in partem ſit accipiendus; hæſitatur, ipſum eo accipi debere ut coarctet. q Quod exemplo ualde commodo Alexander hic docet. Romanus Pontifex tulit priuilegium de Flaminibus Sacelli Ducis Burgundii, ne poſſit eis interdicere ſacrificiis Epiſcopus, ac piorum conſuetudine: Sacellarii fortè commeriti ſunt aliquid extra Sacelli procurationem, cur iure queant deuoueri. Quæſtionis eſt utrum poſſit Antiſtes iſtos ulciſci iure ſuo? Et conſultus pontifex reſpondet poſſe. r Liquet igitur hoc paterno caſu rem contrahi, ut cenſeatur ad Sacellum ipſum cohoneſtandum habita ratio miniſtrorum. Quod ſi, ut deſignaret homines certiore argumẽto, talis caſus acceſſiſſet, in eos nequiret Epiſcopus animaduertere, quoniam Pontifex hac prærogatiua non ædiculam: ſed ipſos ædiculæ miniſtros exiſtimaretur ornaſſe, de quibus ne poſſet ambigi, locum diceretur adieciſſe. Verum tamen hic urget coniectura pontificiæ erga Burgundiũ principem munificentiæ. s Quapropter uerendum eſt, ne non idem ſit aliis caſibus dicendum. Quid enim ſi Pontifex miniſtris alicuius ædis ſacræ, quos habeat,

q Anto.Butr.in.c.cum capella per illum tex.de priuil.

r d.c.cum capella.

s Arg.c.ſi. ibi regibus & reginis de offi.dele. c.ne aliqui verſ. illis per quæ regibus de priuileg. in.vi.clemé.i.verſ.niſi regum vel principũ de bapti.fac.l.ſi domus verſ.cum vero, ibi, alia enim condit de leg.i.

uel ſanguinis uel amicitiæ uinculo coniunctos, tale aliquid indulgeatur. Nemo hic dicet intelligi loco indultum, at perſonis omnes,[a] & patet in his ad ueri inueſtigationem cõiecturis nos neceſſariò duci. Quæ quoniam certis nequeunt regulis comprændi.[b] hoc uerbis etiam cum rebus ipſis deſeruiant,[c] imitandum eſt.[d] planè cum paternus hic caſus (quem ſæpe commemoro) quaſi Polypus aliquis omnium quibus adhæſerit, rerum colores imitetur, ſupraq́ concluſum ſit ipſum eò accipiendum eſſe quo res cui fuerit additùs, ſuadeat, ſi plebeſcito quinquaginta aureorum pœna in eum ſtatuta ſit, qui rem alterius, ſiue alienam (idem enim poteſt utrunque uerbum in ipſa,[e] licet alterum tractatui inſtituto de caſu genitiuo ſit ꝓpinquius) apprænderit, quonã pacto hunc ſermonẽ interpretabimur? Et communi autorũ conſenſu traditum eſt ita eſſe interpretandum, ut committat is pœnam, qui dominum re ſua, non alium detentione, aut poſſeſſione priuauerit.[f] Quæ interpretatio duabus regulis innititur. Vna eſt anguſtè intelligi ſtatuta oportere.[g] Altera, cum tractamus de pœnarum irrogatione, mitiorem in partem ſemper eſſe inclinandum.[h] cui ſententiæ calculum non ſubducerem, quoties petitòri ius eſſet ad pœnam. Tunc enim propter ſciti municipalis naturam, odiumq́ pœnalis materiæ ſtricta interpretatione accepta niſi domino danda non eſſet pœnæ perſecutio. Nam & in fauorem domini fuiſſe legem latam negaret nemo, maximè, quòd nunquam cenſetur habita ratio cuiuſquam extra dominum in ſancienda lege, niſi ex uerbis appareat.[i] pœnam igitur petenti probandum eſſet, rem ſuam eſſe, fundamentumq́ intentionis iaciendum.[k] Cum uero de huiuſmodi re mentio nulla fiat in lege, ſed pœna ſimpliciter iniungatur apprændenti rem alterius, magis inſpici debet apprændentis ꝗ̃ eius, de quo res apprænſa eſt, perſona, ſi igitur apprændens rem, eius haud dominus ſit (dominus enim hanc legem minimè offenderet, quia ſuum potius reciperet,[l] quamuis eum tenerent antiquæ conſtitutiones,[m] ut Paulus caſtrenſis hic docet, cuius à ſententia neutiquã receſſerim,[n] cui dubium apprændere eum rem alienam conſtituto prohibente, cuius ea mens eſt, ut habeat quiſq́ manus abſtinentes? Videtur ergò plectendus.[o] Nec quicquam proficit exceptione uulgari oppoſita, non eſſe dominum petitorem. Et ait hoc Paulus, qui etiam rationem addit, quòd petitor habebat plus iuris, cũ poſſideret.[p] At reum tuetur Alexander, quoniam hæc ipſa exceptio ius omne perimit actoris. Vnde ad eam reus uidetur admittendus,[q] & dominio alterius probato dimittendus. Ego priori ſententiæ ob aliam tamen rationem adſtipulor, nempe quia accuſator ut aliquis è populo ad pœnæ huius perſecutionẽ admittitur,[r] non tanquam ille, cuius interſit. Non enim lex propriæ ſignificationis amantiſſima, itemq́ pœnaria trahi

a Arg. Bal. l. licentiam nu.ii. c.de epiſ.& cler.

b Doc. d.c. requiſiſti Soc.d.l. ciuibus.

c Bar.l.fi.in ꝓn.ff.ꝙ met.cauſ. Abb.c.nonne col.ii.ad fi.de præſumpt.

d Intelligentia de uer. ſignifi.

e Acceſſorium de reg. in. vi.

f d.l.ii.de religioſis.

g d.l.ii. de religioſis.

h l. ꝙ cõſtitutũ de milit.teſta. l.iii.§.hæc uerba.ff. de neg. geſt. cum ſimil.

i l. interpretatione. l. fr̃es ubi Bar. infra de pœnis c. in pœnis de reg.iu.in.vi.

k Arg.l. ii.C. ut ne priua.tit. Bar.l.agraria de ter.mot.

l Bar. l. quidã in ſuo de cõdit. Inſtit.l.non ſolũ.§.ſed ut probaui infra eodem.

m l.ii.§.ſi qs igiẽ ĩfra ui bo.rap.

n l.ſi quis in tantũ.c.unde ui.l. extat.§. ꝙ met.cauſ.

o Arg. d.§. ſi quis igiẽ cũ glo. facit lex ult.C. unde ui glo.uerſ. alienas c.diaconi.xciii.diſtin.

p l.ii.infra uti.poſſ.

q l.fi.c.de re.uend.l. ſi ſer.quiſpiam c.de ſer.fug. Doc.l.ii.infra de except.re. iud.

r Bar.l.i. col. iii.de iu.fiſc, & rub.de pop. actio.

ad poſſeſſorem debet. Ex his ſequitur, ut nec ratio Pauli uera ſit, nec efficax Alexãdri correctio. Fit etiam ſecundum hæc, ut & uoluntas & uerba ſciti cõſeruentur. ſed quid ſi pœnam lex ei applicet, cuius appræṅſa res fuerit, & communis uſus loquentium rem alterius etiam poſſeſſoris interpretetur? Nũquid talem uſum attendemus, ut poſſeſſori pœna ab eo inferatur ex lege, qui eum rei poſſeſſione ſpoliauerit? Quod om̃nes peræq; ſentiunt, quoniam ſtatuta ſecundum loquendi uſum communem intelligenda ſunt.[s] Quod in pœnis quoque locum ſibi uendicat,[t] ut uulgò ſcriptoribus perſuaſum eſſe uideo.[u] ſed quia his ita indiſtinctè acceptis pernicioſe erraretur, locus poſcit, ut plenius de communi uſu loquendi dicere aggrediar. ſciẽdum igitur eſt talem uſum quouis genere ſignificationis longè potiorem eſſe.[x] nec iniuria, cum eius arbitrio ſtet quæque uox, cadatue, ut eleganter ſcribit Horatius.[y] Et ſermonis autoritatem ſuperari à conſuetudine Fabius nobis eſt autor libro Inſtitutionum oratoriarum primo: Nec dubium quin inde ꝓpriã ſignificatio ducatur, cum penes eum ſit omnis loquendi norma, itemq; ius omne uocum. Nec aliunde uocabula rerum profecta ſunt, quàm ex hominum uſu, quo ſubinde mutatur uerborum proprietas.[z] Quis enim propriè hoſtem dici eum, qui ferat arma contra, hodie negauerit, & antiquiſſimis temporibus eum, quem nũc peregrinum dicimus, propriè hoſtem eſſe dictũ? idq; uetuſtas, id eſt diuturna conſuetudo effecit, ut Ciceroni in libris, qui ſunt de officiis ad filium ſcripti placet. Vice uerſa peregrinus erat ꝓpriè, qui nunc eſt hoſtis, nec minus propriè eſt alienigena hoc tempore. Quod & in aliis uocibus facillimum eſt repertur.[a] Proinde cum apud Moſem relatum ſit primum hominem illum humo excitatum cunctas animantes ſuis nominibus deſignaſſe, paucaq; eorum ueſtigia extent, an dicimus hodie raram animantem propriè appellari? Hoc ſane perabſurdũ ſit, atque ridiculum: ſequatur enim neceſſe eſt linguas omnes præter Iudaicam nec illam quidẽ totam (ſiquidem amiſerunt magna ex parte rerum uocabula, & alienis utuntur tanquam ſuis, id quod à Theologis traditum eſt) nothas eſſe. Quinimo Iudaicam cæteris annumerandam cenſuerim, eò quòd credibile eſt linguam, qua Adamus, nec non eius poſteri ſunt uſi pluribus ſæculis, peſſum abiiſſe, cum ſublatum eſt apud Babylonem ſermonis commercium. Meritò noſter Alciatus uir abundãs literariis laudibus libro de uerborum ſignificatione ſecundo Bartholi ſententiam deridet, exiſtimantis id quod ex cõmuni uſu dicitur, non eſſe ex propria ſignificatione, ſed potius ex figurato ſermone dici, quoniam (inquit) naturalem rei ſignificationem immutare nequit populi autoritas. Cum enim inquit Alciatus, uocabula non niſi ex hominum uſu ſint inuenta (quod ipſum doctiſſimè ibidem confirmat) nequaquam pu-

tandum

s l. librorum. §. ꝙ tamẽ Caſſius de leg. iii. Bar. rub. C. de no. C. fac. & l. labeo de ſupell. leg. l. ut Alph. l. anniculus. l. in uulg. de uer. ſigni. c. ex literis. de ſponſa. cum ſimil.

t c. q̃uis uerſ. ita uſus de uerb. ſigni. c. q̃q̃. ii. q. vii. l. ſi uxor. §. i. de adult. c. i. de iniu. in. vi.

u Ioan. And. c. fundamenta de elect. in. vi. in Nouel. glo. c. nonnulli de reſcript. Bar. l. libellorũ §. ſed ſi aliud in fin. ff. de accuſa. But. & Abb. d. c. quãuis Abb. & Aret. c. per tuas de ꝓbatio. Alex. hic col. vi. cum ſimil.

x Bar. l. omnes populi col. xx. nu. lviii. de iuſti. & iur. glo. d. §. ꝙ tamen Caſſius.

y Glo. d. §. ꝙ tamen Caſſ. d. l. labeo l. iiii. de leg. i.

Gene. c. ii.

z d. l. labeo. §. nec mirum. §. uerum glo. d. l. iiii.

a Alciat. d. lib. ii. l. multi uer. naturæ peregrini. C. de malef. & mathemat.

Gene. c. xi.

tandum eſt autoritate populi naturalem rei ſignificationem imminui non poſſe: figuratusq́ ſermo is potius eſt dicendus quem abuſus induxit. Adde quod locus ille,[a] quem citat ex Caio Bartholus, cum eo nihil facit, ſicut nec alibi[b] cũ Baldo. Quale enim hoc eſt, non ualemus conuertere rerum naturas, ergò nec appellationes? certe à Iureconſultis traditũ ſcio uocabula rerum pro loci conſuetudine mutabilia eſſe; [c] Quod ſanequam ex iis quæ dixi probabile eſt.[d] cũ enim huius rei prora & puppis (ut Græcorum eſt prouerbium) ſit hominum uſus, itemq́ utilitas (ut ait Lucretius) rerum nomina expreſſerit, quæ duæ res ſubinde uariatur,[e] coſequẽs eſt uocabulorum quoque uiciſſitudinem eſſe. Atenim quæ repugnant naturæ, nulla lege confirmantur.[f] Quid enim hominibus ſint obnoxia, quæ nihil eis debent, ſupraq́ eos collocata ſunt.[g] iure igitur Alciati ſententia præualet, ut uerba quæ ſecundum loquendi conſuetudinem accipiuntur, propriè accipi dicenda ſint. Quod & Baldum obiter annotaſſe reperio.[h] Quapropter iuſſi ad literam ſtatuta intelligere, tali uſu admiſſo legi paruiſſe iudicabimur.[i] Idem reſpõdẽdum erit, quoties mandaſſet lex uerba nullo extrà ſumpto, uel ex ui ſua, aut propriè intelligi. Quod Alciatus ibidẽ ſentit aliis reclamantibus,[k] & ipſe probo. Nam communis hic uſus legitur, cum uerba id uelint, quod mente lector agitauerit, quam præſumitur idem uerbis expresſiſſe, quæ ad hoc inuenta ſunt.[l] ſiquidem (ut ait Cicero in libris de legibus) interpres eſt mentis oratio. Interpreti autem conſtanter credi ſolet.[m] Itẽ inſitum quiddam eſt, imo uis ipſa, atque proprietas. Cui ſententiæ nihil detrahit Pauli ex Pædio illud,[n] optimum eſſe non propriam uerborum ſignificationem, ſcrutari, ſed in primis quid teſtator demonſtrare uoluerit deinde in qua præſumptione ſint qui in quaque regione cõmorantur. Non enim tam cuiusq́ regionis præſumptio ſecernitur à propria ſignificatione, quàm monemur ipſi, ne ꝓpriam ſignificationem ſemper ex iure publico, Romanorũ ve repetamus. Atqui poteſt eadem uox aliter ex legibus ſeu Romæ, aliter ex uſu alicuius regionis accipi, & utroque modo propriè. ſic municipalis non minus lex eſt, quam publica[o] cum tamen aliud in eadem re uelit hæc, aliud illa. Teſtator autem uerbo quidem propriam ſignificationem tribuere non poteſt.[p] quam tamen tribuerit, plærunque attendimus ut propriam[q] inſpecta ſcilicet uoluntate, qua regi teſtamenta compertum eſt.[r] Qua de re alibi extat diſputatum[s] ita ſit, ut in quacunque materia communis hic uſus obſeruari debeat. idq́ Baldus autumat.[t] cuius rei plurima afferri poſſunt exempla. Hodie pecuniæ nomine ſolum numerata continetur, licet olim res omnes tam ſoli quam mobiles, & tam corpora quam iura continerentur,[u] eò quòd pecus unde appellata eſt pecunia, eſſet apud ueteres omnis

a d.l. ii.
b In l. ſi auie in fin. C. de ſucceſ. edi.
c d.l. labeo §. nec mirũ §. uerũ glo. & Doc d.l. iiii. de leg. i.
d c. i. extra de reg. iur. l. nihil tã ff. eo. tit.
e d.l. labeo uerſ. morib. ciuit. et uſu re. ꝟſ. nã fictili &c. nũc ex &c. l. iii. uerſ. nondum. &c. uerſ. hoſdie &c. eo. tit. de ſupell. leg.
f l. ubi repugnantia de reg. iur. l. hæredes. §. an ea uerſ. quia talis §. fami. hercíſ. d. l. ii. §. conſtituit inſtit. de uſufr. l. in rebus uerſ. non enim. C. de iu. dot.
g Arg. l. ab eo. C. de fideic. l. eius. l. qui uetante §. eius. l. nemo qui condemnare. ff. de reg. iur.
h In d. l. oẽs populi. col. viii. in fin. uerſ. ſed & communis.
i Bal. d. l. oẽs ppli. col. vii. & pen. Abb. in proœ. decret. col. vi. Alex. conſ. ccxi. lib. vi.
k Doc. hic Fely. in proœ. Decr. Saly. l. cũ antiqoribus. C. de iur. delib. Iaſ. d. l. ſi auiæ in fin.
l d. l. labeo §. fin. Bal. ꝯſ. ſchiſ. col. 6 uerſ. in cõtrar. C. ſi qs aliq. teſta. ꝓhib. fac. Barth. l. liberorũ nu. xx. de uer. ſig. c. is aũt. xxii. q. ii. l. iii. de reb. dub.
m Doc. l. I. in fi. de ꝟb. obl. Iaſ repet. l. admonẽdi nu. cxciiii, de iur. iur.
n l. cum de lanionis §. aſinam de fun. inſtruc.
o §. ſed ius iſtit. de iu. nat. gen. d. l. omnes populi.
p d. l. labeo §. uerũ glo. d. l. iiii. de leg. i.
q l. ſi qs uinũ uerſ. ſed ſi mulaſum. ff. de trit. ui. ol. leg.
r l. in cõditio. ff. de cõdit. & de.
s Glo. & Doc. d. l. iiii. glo. & Bar. d. l. labeo.
t l. q ſe pſis col. pe. C. uñ liberi.
u l. pecuniæ no. de uer. ſignifi.

ſubſtantiæ fundamentum, ut ait L. Columella. [u] Nec aliæ re, quam pecore legum antiquarum mulcta Romæ conſtabat, ut Plinius eſt autor in libro triceſimo tertio. Huius ſententiæ fuit & Naſo in eo carmine,

Cætera luxuriæ nondum inſtrumenta uigebant,
Aut pecus, aut latam diues habebat humum:
Hinc etiam locuples, hinc ipſa pecunia dicta eſt.

Quod & Auguſtinus probat. [x] Quo fit ut peculiatus dicatur, cui ſuppetit aliquid, quicquid id denique ſit, uerbum à peculio deductū, quod utiq; peperit pecunia. Vnde legimus.

Pulchrè penſilibus peculiatos.

quicquid Plinius cōminiſcatur pecuniam ſic dictam, quòd nota pecudis ſignaretur. Vnde bos Homericus. [y] Ferente autem loquendi conſuetudine hoc receptum eſt. [z] Quapropter ſi legis conſtitutor, aut teſtator alicubi meminerit pecuniæ, de numis eos agere defendemus. [a] Sic cum lex ait, Mulier cum hæreditate extra territorium ne nubito, de adita hæreditate ex communi modo loquendi accipitur, quo bona iā commiſta nihilominus hæreditatis appellatione ſignificantur, cuius deciſionis adducuntur complures aliæ rationes, quas operæpreciũ non eſt hic attingere. [b] Pari ratione ſi plebeſcitum uelit à filiis, & nepotibus fœminas excludi, filiis quoque fratrum intelligemus datum, ut arceant fœminas, quia apud nos filii fratrum cum filiorum filiis communi nomine nepotes appellantur. Quod & ad pœnarias conſtitutiones extenditur. [c] Hæc autem uſurpatio uetuſtiſſima eſt, cum non ſolum Federicus Imperator, [d] & Pontificum plerique, [e] ſed literatiſſimi quoque uiri ante eos hanc facile admiſerint ſubiectis tamen uocibus ex fratre, aut ſorore, ut apertior eſſet oratio. Quò fit ut Auguſtum Cæſaris ex ſorore nepotem Romani dixerint, Naſo autem cupidinis ex fratre libris de Ponto, Alloquens enim Amorem,

Sic regat, inquit, imperium terraſq; coerceat omnes
Cæſar ab Aenea qui tibi fratre nepos.

Habent etiam filiorum filii nomen aliud inſolens latinis auribus, quod Iaſon retulit [f] ab infantium depulſione ac lacte ductum. Similiter probandum eſt duello ſingulare certamen ſeu monomachiam ſignificari ex uſu noſtratium iuris enarratorum, qui exiſtimarunt duellum ita dictum quaſi duorum bellum ſit: cum tamen apud ueteres duellum eſſet, quod nunc trāſmutatione, & detractione literarum bellum eſt. Vnde & perduelles aduerſus rem publicam arma ſumentes, quorum ſcelus perduellionis appellatione notabatur, [g] quæ poſtea coniuratio dici cæpta eſt. Apud Lucretium quoque leginius, equorum prolem duellicam, quaſi bellicam. Dixerunt etiam duonum pro eo quod deinde bonum fuit. cuius imitatione uideri poteſt in ſuperioribus uariatum. Idem dicendum ſcribit Bartholus, itemq; Baldus in cōſanguineo

---

u Facit l. lex quæ tutores §. huc accedit. C. de admi. tuto.

Lib. Faſt. v.

x c. totum qcquid. i. q. iii.

y Alci. lib. parerg. ix c. xvii. Budæ. in ānot. l. i. de cōtr. empt.

z Iaſ. l. talis ſcriptura nu. xxii. ff. de leg. i.

Verg. in append.

a l. litigatores §. ꝙ ait prætor ff. de arbit.

b Iaſ. l. i. §. ueteres nu. xxvii. & ſeq. infra de acq. poſſ. aliter. format, & decidit. q. in §. actio. col. antepen. inſtit. de actio. ubi addi.

c Ioan. And. d. c. fundamenta in nouel.

d c. i. §. ſimiliter qb. mod. feud. amit. tit. i.

e c. tua nos. c. ꝙ ſuper de cōſan. & affini. c. non ſine de arbit. c. fœlicis §. cæterum de pœnis in. vi. c. i. de ſchiſmat. eo. lib. cū ſimil.

f in d. l. ſi auiæ col. fin. C. de ſucceſſ. edic.

g Alciat. c. i. lib. de ſing. certa.

Lib. de re. nat. ii.

guineo, ut intelligatur de quacunque perſona nobis uinculo ſanguinis adſtricta, etiam ſi mater ſit auia'ue, & ſimiles ex aſſiduo dicendi more: quanuis iure ciuili ſolus is conſanguineus ſit, qui eſt communi parente procreatus. [a] Quotidianum hunc ſermonem ſunt Põtifices ſecuti, [b] Quid? quod nõ aliter Cicero, Liuius, & alii uſurparunt? Vergilius tum ſtrictius tum latius accepit hoc nomen.

Illi me comitem, & conſanguinitate propinquum,
Id eſt cogitatione.
Tum conſanguineus leti ſopor,

Id eſt, frater. Item aduocati nomen complectitur omnem qui quoquo modo agendæ cauſſæ operatur. [c] Et hoc ex legibus, ſed uſus obtinuit, ut aduocatus is tantum nominetur, qui ius ſuggerit, nõ etiam qui factum, alioqui legum expers, quem priſci cognitorem, nos cauſidicum, ſeu procuratorem iudiciarium nuncupamus. Vnde ſtatuta aduocati mentionẽ facientia de iuris petito qui legibus urget, intelligenda ſunt: & hoc tradidit Orianus. [d] Illud quoque conſtat, ſi teſtator habitationem ſuam alicui reliquerit, intelligi domum ipſam à teſtatore legatam, non habitandi ius aliquod conſtitutum, quoniam hæc uerba uulgò ita acciperentur. [e] Eadem ratione dos non eſt abſque matrimonio. [f] Et ideo legatum dotis conditionale eſt. [g] ſed cum paſſim ciues appellent innuptam aut uiduam probè dotatam uel contrà, [h] purum cenſebimus hoc legatum. [i] Item datum mulieri à priore uiro legatum donec caſtimoniam corporis cuſtodierit, ei ad poſteriorem migranti auferendum eſt, quoties ex ſermonibus uulgi alteræ nuptiæ intemperãtiæ notam inurunt. [k] Quod ibi quoque ſeruandum cenſuerim, ubi nubentes iterum uicini crepitaculis obtundunt. Nam quid intereſt populus incõtinentiam uoce notet, an facto? [l] Quinimo factum uerbo debet anteponi. [m] Quapropter hæc ſententia, longè magis eo loci obſeruanda eſt ubi rebus ipſis notantur uota repetita. Sic libris legalibus relictis ob receptum genus dicendi παρά́τιτλα [n] Azonis, & interpretum commentarii legato continebuntur, ut Bartholus ſcripſit. [o] idem reſpõſum de legato poſſeſſionis, ut eius appellatione proprietas cõprænſdatur. [p] Sciendum quoque eſt non obligari eum qui (ut aſſolet) ſe ſuaque omnia coràm impræmeditatus alicui tradat. Iactandi enim potius, quàm præſtandi animo id eum facere ex loquendi more interpretamur. [q] Nec illud omiſerim, uitiriſſimæ locutionis, ſi teſtes dixerint pro teſtimonio Seiũ ſtupraſſe Caiam uiolenter, intelligi teſtificatum de uiolentia mulieri illata ſecundum Mattheſilani ſententiam: [r] cũ uſu non apparente fidem nullam faciat tale teſtimonium, propterea quòd uerbum illud uiolẽter tam à Caia Seio, ut ſe ſtupraret, quàm a Seio Caiæ, ut eam imminueret, uim illatam demonſtrare poteſt iuxta regulam nominum à uerbis deſcẽ-

a l.ii.in pñ.ff.de ſu. & leg.inſti. de legit.agna. ſucceſ. §.i. ubi glo. Bar.l.cum quidã §.i.q.i.ff.de acq. hæred.Bal.l.fi.C.de uerb.ſigni. Alexã. conſ.cliii.lib.vii.& conſ. lxxxii.lib.i. ubi add.

b Extra de conſ. & affini.rub.& eo.tit.xxxv.q.v.c.ad ſedem.

Lib. Aeneid. ii.

c l.i.§.aduocatos de uar.& extraord. cognit.

Lib. Aeneid. vi.

d Lafranc. c. qm̃ contra uerſ. teſtiũ depoſitiones nu. clxxvii. de ꝓbat. Alex. cõſ cix. nu. 4. lib. 6.

e Glo.& Doc.l. cũ antiqtas.C. de uſufru. Caſtren.l. ſi domus in prin.ff.de leg.i.

f l.iii.ff.de iur.dot.

g l.à titio de uer.oblig.l.ſi ego in pñ.de iur.dot.Bar.l. titio centũ §.fi.col.ii.de cõdi.& demõſtr.

h l.cum in fundo §.quod ſi mulier de iu.dot.Aret. Alciat.rub. ſol. matr.

i Bar.d.col.ii. uer.itẽ ſi ponamus ꝙ coĩs &c.Bap.ſanblaſ.trac. de priuil.dot. priu.cccxlviii.

k Bar.in §. cum igitur in pñ.in auth.de non elig. ſi. nub.fac.gl. c.nuptiaꝝ ꝟſ.melioris.xxvii.q.i.

l Arg. l. de qbus.ff. de leg. ubi Iaſ. num. xxxi.

m l.imo eo tit. c. dilecti.ii. de appell.

n l.ii. col.pen.in pñ.C. de uet. iur. enucl.

o In l.librorũ in pñ. de leg.iii.

p l. interdũ infra de uerb. ſig. Bar.& Bal.d.l. cũ antiqtas. Cic. parad.ult.& ad Attic.li.6.epiſt.i. col.iii.uerſ.feci iter Quintil. lib. vi. Valla.eleg.lib.vi.c.xli.Bar.l. uxo.§.legauerat.ff.de leg.iii.

q c.cũ ueniſſent de inſtit.l.ſciẽdũ in pñ.& §.i.de edil. edi.Alex. l.ita ſtipulatus col.ii. nu. vi. col. iii.uerſ.uel dic. ꝙ aut conſtat de

dentium.[s] Idq; cum Bartholo plerique cenſuerunt. [t] Qđ Alciatus confirmat exemplo Maroniani carminis, ut libenter ires, id eſt me libente, ſeptimo libro Pa rergon. Terentius quoque uiolenter tollerare, id eſt coactè & inuitè dixit. At mihi nequaquam placet hæc opinio tãquam rei grauiſſimæ parum cõueniens. Nec enim ſeriis adhibenda eſt tam urbana (ut uſurpem mo deſtiſſimum ſanè uerbum) interpretatio, & adeò noua auribus, [u] omninoq; à communi hominũ more abhorrens, quo mulierem uir, non ex diuerſo uirũ mulier ad ſtuprum rapit. [x] Sic uiolentas alioqui reginas ad concubitum iuuenes nõ per uim compuliſſe, ſed illecebris potius ſuis illexiſſe proditum eſt, ut Semiramidem, Hypſipylen, & ſimiles: Denique Gynæcocratumenos quoſdã uicinos Amazonibus, cum ab his bello periti in poteſtatẽ redacti eſſent, uitricibus obſequi ſolitos ad procreandam ſobolem accepimus. Vnde illis famoſum hoc nomẽ contractum eſt. Quod in uxorios deintorſit Ariſtoteles lib. Politicon ſecundo. uis ergò nulla. Eorum autem qui mulieribus uim inferunt, plena ſunt omnia. Verba igitur captanda non ſunt [y] his decipulis ac tendiculis, quæ ſunt meræ uafritiæ, & commentitia aucupia communi diſſentanea ſenſui, neutriq; iuri cognita: ſiquidẽ neque in legibus, neque in libris Pontificum lecta huiuſmodi eſt amphibologia. Et ſtatuendum eſt fidem facturum tale teſtimonium loci uſu non perpenſo, niſi fortè per eum ut ſuper hoc ambigeretur, eſſet inductum. In quam ſententiam parum abfuit quin inclinaret Porcius, [z] facilè autem Iaſon, [a] & Barbatius inclinarunt. [b] Nec propter factionem teſtamenti, [c] & non nulla generis [d] eiuſdem in utramque partem accepta rerum delectus abiici debet: iuriq; optimo captioſum aliquid induci, aut (id quod peius eſt) abſurdum & difficile (ut Iaſon cum Pontificiis autumat) factu. Simili modo facit hæc peruulgata ſermocinãdi conſuetudo, ut Comitum proli ſalua ſit dignitas, licet exciderit pncipatu, donec alicui ſordidæ arti inopia adacta ſe addixerit uictum inde quæritans. [e] Qđ eò magis obtinet, cum uni è familia iure primigeniorũ Comarchia obtigit. Vnde fit, ut alii nullã committant pœnã [f] ſe comites ſeu comarchos appellitãtes. Quod poſterius nomẽ cum apud Plautũ in Curculione fabula reperiam, ſuſpicor olim decus aliquod fuiſſe non ualde hodierno abſimile: quanquis alii dignitatem hanc ſicut & reliquas de quibus meminere Hortẽſius & Capagiſtus, [g] ab Imperatoribus putent initium cepiſſe. [h] De qua re loco idoneiore diſceptandum eſt, ſicut & de hac, poſſit'ne teſtator efficere, ut dominatus quidem

ad

uerb. oblig. Fonta. clem. i. uerſ. pñtia corpo. de reliquiis & uene. ſañ.

r In not. cii. nota q; ſi teſtis dicat. q; Vitius cogn.

s Glo. l. ii. ff. de duo. re. Bar. l. ſi filius ff. de teſta.

t Alexã. l. i. col. ii. de acq. poſſ. Dec. c. qa. g. in prin. de iud. Porc. inſtit. de duo. re. in pn. Abb. in c. dudũ col. fi. de elect. Alex. cõſ. ccxxxvii nu. xii. in. vi.

u c. ex literis de ſponſ inno. c. cũ clamor de teſti. Bal. de pac. cõſtan. §. Opizoni in fin. & rub. s. de re. diuiſ. col. pe. uer. legiſtæ tñ nõ debẽt p hoc &c. Dec. c. trãslato lect. ii. col. ii. uerſ. & ibi tñ Ro. de conſtit.

x gl. l. unica ꝑ. ſpõſã C. de raptu uirg.

y l. ad exhibendum. ff. ad exhi.

z Vbi. s.

a In. l. nõ hoc nu. viii. C. vñ legitimi.

b In d. c. quia. g. de iud.

c d. l. ſi filius ubi Bar. § teſtamẽti Inſti. de hær. quali. & diffe.

d d. l. ii. de duo. re. ubi glo. & Bar.

e Bar. in. l. i. col. pen. C. de. dign. xii. l. nobiliores ubi Bal. C. de comer. & merca. Fely. c. cũ adeo de reſcrip. l. i. C. ut dignitatũ ordo ſ. li. xii.

g In uſibus feu: qs dicat dux &c.

h Alciat. lib. de ſing. certa. c. 32. Iaſ. in præ lud. Feud. num. xxxiii.

ad unū ex familia deuoluat,at dignitas pmeet, ac diffundat in omnes: quēadmodum Abauus meus Albertus ſuis cauit ſupremis. Neque uerò deſunt alia in argumentū præſens de uſitata loquēdi forma,& ſpecie exempla,[a] quæ prudēs omitto,quoniam haud reor par eſſe tam multam me operam hic conſumere Cæterum dubitari poteſt quos potiſſimum communis uſus autores faciamus,an eruditos de Quintiliani ſententia,ne multitudinis iudicio magna res regatur [b] cuius eſt propriū nihil ſapere,& cuius uſum habet pro abuſu Baldus, [c] an mediocres(quæ Felini [d] eſt opinio) an ipſos legis conſtitutores,ut ab his rationem intelligendi uerisimilem trahamus:& ita finit Alciatus eodem libro. Sed & ſi magnopere me Fabii,itemq; præceptoris mei ratio , & autoritas mouet,non tamen à Felino diſſentio ex mediocrium opinione uſum communem debere conſtitui. Cum enim illiterati,rudisq; popelli,de quo eſt locutus ipſe Baldus, reiiciēda ſit abuſio,rari autem ſint periti,nec admodum multi legiſlatores , ut neutris ſit poteſtas talem uſum inducendi, [e] reſtat ut attendatur conſuetudo mediocrium, id eſt eorum qui neque ſummæ ſint ſcientiæ,neque rurſus indocti, [f] quos facilè ſit ex ſe maiore ciuitatis,eorum'ue,quorum huic rei ſuffragium opus eſt,partem cōſtituere,de quo mox dicemus . Sanè quód magiſter meus ſcribit,defendi poſſet , quoties uſui iretur obuiam, ne ſtatuta ex illo cenſerentur . Hoc & de Quintiliani opinione dictum uolo. Nam & ob rationem legis uſus eluditur. Vnde in plebeſcito eum plectente, qui appræhenderit rem alterius , uſui non iniuria reclamabimus , ſi legis ſcriptoris mens,ratio'ue conſtitutionis id ſuadeat , quia fortè apparet dominis nō etiam poſſeſſoribus conſuli (ut Alciatus inquit) uel alias emergit abſonum quidpiam communi uſu attento: ut ſi is, à quo condita lex eſt,non infans latinè ſit omnia cōſecutus, & caſu offendamus inſtrumenti copiam alicui dandam eſſe,intelligendum utique eſt non de exemplo ipſi dando (Gotthicum enim hoc eſſet, non Latinum) ſed duntaxat, de facienda poteſtate. Quo genere loquendi uſus eſt Vlpianus [g] quem noſter Alciatus ſecundo Parergωn libro ſeuerius ſculè hēt offenſus(ut par eſt credere [h]) inſolentia ſermonis, quem iures prorſus de uulgi fæce hauſtum , niſi conſequētes ibi loci uoces ad examen reuocentur. Ait Vlpianus, Ego puto creditoribus eſſe dandam copiam inſtrumentorum , non ut deſcribant ipſa corpora inſtrumentorum,ſed quot ſint, & de qua re ſint,ſubnotent ſibi , & quaſi inuentarium faciant. legit Alciatus. Puto & ἀψ̓αγραφὴν ſcilicet facere inſtrumentorum,id eſt deſcriptionem,uel repertorium,ſeu inuentarium. ſunt enim(inquit)omnes hæ uoces in uſu Iuriſconſultorum. Sicq; in Pādectis Thuſcis legitur. Arbitror ego à uulgata lectione non recedendum. Nam ſecundum hæc uacarent illa, non ut deſcribant ipſa corpora inſtrumentorum. Non enim

a Alciat.d.li.ii. de uer. ſig.l. appellatio.parētis ubi Celius Calc. de uer.ſig.Bal.c.i. p illū tex.quē ad. feud.ad fil.pti.Bar.l. ſi ita in fin. de au. & arg.leg.l.i.in fin. de re.dub.l.i. de ſupell . leg.d.l.i. de digni.nu.lxxxvi.Alex.d. conſ. ccxi.& xxv.lib.i.nu.i.&.194. nu. vii.li.6 & lxxxii.num.xv.li.iii.& 148. nu.v. lib.vi.cū ſimil.Albe. in dict.uer. gētiles.ii.Dec.l.ſemper in obſcuris in fin. de reg.iur. Bar.l.i.ff.ad.l.falci.l. titia cum§. titia.col.ii . de leg . ii.l . frugem de uer.ſi.Abb.in pœ. Decr.poſt nu.vi.idē c. ne p defectu col.ii. de elect. Iaſ. rub.ſol. mat. col.ii. Bal.l. de quib.col.pen.cū ſimil.

b Arg. §. decurionum . C. de pœn.

c In.l.i.C.de ſucceſ.edic .

d In proœ.Decret.

e Bar.l. ii.q.i. uer. uel maioris partis & nu. xii. uerſ.uel maioris partis & col.i.uer. non autem cōſuetudinariam .

f l.ſciendum §.illud.ff.de edil. edic.l.ſi quid uenditor §.ult.uer. mediocrem eo.tit.c.niſi de elect. cum ſimil,

g l.ult.infra de bo.aut.iud.poſ.

h Arg. Alcia.ubi.ſ.uer.ſunt.n. omnes,infra à me alleg.

poſſent etiam ſi lex permitteret, exſcribere inſtrumentorum corpora non exhibita. In repertoriis enim ſummæ rerum dũtaxat continentur, ſeu capita, niſi malis uerbum facere ad creditorem referre, qui faciat ipſe huiuſmodi repertorium, inſtrumenti corpore exhibito, non autem ad alium qui inuentarium à ſe confectum tradat creditori. ſed tamẽ hic quoque eadem uerba abundarent, uel pugnarent cum ſuperioribus. Nam ſiue interpreteris deſcriptionem pugnat hoc, nõ ut deſcribat ipſa corpora inſtrumentorum, ſiue repertorium aut indicem, quid addis non ut deſcribant ipſa corpora inſtrumentorum, ſed quot ſint, & de qua re ſint, ſubnotent ſibi, & quaſi inuentarium faciant? an non hæc ſuperuacanea ſunt? Quæ ſi tollas iã carendum eſt Vlpiano pluribus uerbis, quibus tamẽ haud uidetur multandus eſſe, cum latinè dicamus copiam dare, id eſt facultatem. Vergilius corãm data copia fandi: nec uulgaris modus habeat ibi locum. Non enim dantur exempla, ut deſcribantur, ſed uti ea ſibi habeat ille, qui acceperit. Præterea legendum eſſet, deſcribat, ſubnotet, faciat. A ſuperiore enim clauſula hæc penderet, ſubaudiendaq; foret uox uni, periodo antecedente concluſa, itemq; uerbum facere. Quæ opoſiopeſes ſubmoleſtæ ſunt. Recepta igitur lectio tuenda. Hetruſcæ autem fortè Alciatus eſt auritus teſtis non oculatus, cum ipſe neutrum afferat. Nam aſſerenti nihil non credendum. Et ut ſic habeat Hetruſca, audacter tamen eam repudiauerim, ne textum retexamus. At ex hoc diuerticulo in uiam redeundum. Sic & in lege aquilia is tantummodo uidetur occidiſſe, qui adhibita ui, manuq; mortis cauſſam præbuit, licet uulgò eum occidere dicamus, qui utut occaſioni eſt neci. [i] Quod idcircò arbitror inductum (hoc autem à nemine animaduerſum miror) ne permiſcerentur utilis actio legis, & directa. [k] Alioquin nihil ab eo q corpore ſuo quẽpiam confeciſſet, is poterat diſtare, qui concluſum fame (uerbi cauſſa) necaſſet: [l] cum uterque tali uerbo ſecundum uulgus intellecto rectè diceretur occidiſſe. Quid? quòd eiuſdem uerbi ſignificatio contrahitur in ſenatus conſulto Syllaniano, ne ſerui nihil commeriti pœnas ſufferant? [m] Pari modo cum prætor [n] disertè nepotes poſt aui mortem conceptos repellat à bonorum poſſeſſione, quis eos dixerit admittendos? Non enim ſimpliciter nepotibus, & deinceps bonorum poſſeſſionem prætor pollicetur, ſed iis qui mortis tempore cognati fuiſſent. Cæterum qui moriente auo nondum eſſent in rerum natura, quonam pacto fuerint ei tunc temporis cognati? [o] Amplius etiam ſi prætor nepotes infinitè ad bonorum poſſeſſionem uocaſſet, adhuc non deberet agnoſci conſuetudo, qua populus non immutandæ ſignificationis priſcæ cauſſa ſed ἀναφορικῶς ſeu in uim relationis utitur reſtrictè [p] Hinc apparet qualitatem uerbo adiectam cõmunem uſum excludere: item uſui in aliqua notæ multiplicis

Lib. Aeneid. i. & .ii.

i l. ſi ita uulneratus. ff. ad l. acquil.

k Argum. §. codicillis inſt. de codic.

l §. cæterum cum glo. fi. inſtit. de l. acquil. l. ſi quis in fumo ſ. ad l. aquil. glo. d. l. ſi ita uulneratus.

m l. i. §. occiſorum. ff. ad ſyll.

n l. item ꝑtor. ſ. de ſu. & legit.

o l. i. §. ſi quis proximior in fin. ſ. unde legit. l. ſi ſeruum §. ſi modus. ff. de act. empti.

p Arg. l. nõ ois. ff. ſi cer. pet.

uoce

uoce acipiendi modum è pluribus unum præſcribi abſque incommodo reliquorum. Concludit & uſus ratio in anguſtum uſum ipſum: ſicut cum nubiles pediſſequas appellat natas annos uiginti, quoties ab heris dos illis præſtanda eſt. Et ſi enim recisiori tempore mulier ſit matura uiro, [a] tamen in ancilla per uſum ideo prorogatur, ne antequam hera inde cœperit aliquem fructum, dos extorqueatur aliena cum iactura. [b] Quæ ratio illud denique efficit, ut ne hic uſus habeat in ea locum, quæ à me dotem acceptura tibi miniſtrat, nec mea intereſt eſſe in tuo eam famulatu. Quod Alexander ex facto reſpõdit. [c] Quare accurata cõſideratione eſt opus, cum de his quæſtio incidit. De illo quæritur, an interpretationem legum ſequi debeamus, & peritorum iuris, quoties duo ſe nobis offerunt uerba in lege municipali, quæ neſciũt diſcrimen apud uulgum altero eorum dũtaxat utentem, ſed apud Iuriſconſultos non paulum diſſident, qualia ſunt emere, item & comparare, quorum hoc uice illius fungitur cum oportet, in aliaq́ ualet præterea? Et Bartholus debere cenſuit. [d] A qua ſententia ego abeo diuerſus. Cum enim ſpeciale uerbum non uſurpetur, eiq́ ſubſtitutum generale ſit, appareret generi ſpeciem detraxiſſe. [e] Quod admittendum, ne cõmunis uſus nihil poſſit. [f] Per contrarium ſi arctiore uſurpato nomine, latius ſignificationi ſuæ relinquatur, nullumq́ proponatur ei ſubiectum, debet obtinere Bartholi ſententia Nam procliuius eſt Legumlatores inſeruiſſe uerbum ſtatutis, quod ſermo uernaculus nõ agnoſcit, ut inde petatur eius interpretatio, unde ipſum quoque profectum eſt. ex quo conſequens eſt ut liberorum appellatio uim quam ex iure publico conſequuta eſt, ſeruet [g] ſicq́ defendi poſſent qui probabile argumentum ex uulgari ſermone ad latinum deduci nõ putant, [h] de alteroq́ in alterum negãt deſultandum. [i] Alioquin utrinque uocabulis concurrentibus argumentationi locum fore cenſuerim. Nam & à Græcæ linguæ ſignificatione ad latinam argumentari Iureconſultum palàm eſt, ut in telo, glande, & ſimilibus, [k] cum qua minor eſt illi, quàm uulgari noſtræ coniunctio. Similiter probandum eſt ciuibus iuris errore tentis ueritati locum ſuperfore, cui nequaquã debet error officere. [l] Hinc eſt quòd Paulus [m] errorem uulgi putantis eum qui duplam promiſiſſet, etiam ſatiſdaturũ tanquam non derogantem legibus eleuat, adhucq́ nudã repromiſſionem ſatis eſſe confirmat. cui non eſt diſſimile quod aſſeruit quandoq́ Bartholus, [n] ſi zonam unionibus, aureis'ue bullulis interpunctam, uel aliud ornamentum uir uxori miſerit, quò honeſtius culta ad ſe ꝑduceretur, intelligi eum cõmodaſſe, non dediſſe dono, licet hanc deſtinationem populus appellet donum. Nec enim talis elocutio ad prohibitionem donationis inter huiuſmodi perſonas tollẽdam, ſed populari quodam applauſu inoleuit. Planè illud tenendũ ra=

a Inſtit. de nupt. in prin.

b l. iure naturæ infra de re. iu.

c Conſ. xx. lib. ii. col. pen.

d l. ſi qd eaꝑ in pñ. de leg. iii.

e c. generi de reg. iur. in vi.

f l. ſi quando de leg. i.

g Glo. l. ꝗ ſi nepotes de teſta. tut. bar. l. liberorum num. xx. de uer. ſigni.

h Alex. conſ. xxvi. in. iii. Alcia. d. l. liberorum. col. v.

i Bal. l. lege duodecim tabu. C. de legit. hæred. Alex. l. ſtipulatio iſta §. hæc quoque in fin. de uerb. oblig. & conſ. ii. col. viii. & cõſ. 9. nu. iiii. lib. i. cũ ſimil. Ro. cõſ. iiii. cõſ. xxiii.

k l. ſi calumnietur §. telum l. g uenenum infra de uer. ſignifi.

l l. Celſus. ff. de uſucap. l. ſi is cõtra quem. C. de præſcriptio. lon. tẽp. Bar. l. ii. nu. xxi. & nu. xl. C. ꝗ ſit lon. cõſue. l. illicitas §. ueritas. ff. de offic. præſid.

m In l. ſi dictum de euic.

n Bar. l. i. §. nec caſtrẽſe col. iiii. de collatio. bon. Alex. conſ. clv. ad fin. lib. vii.

bitror uſum communem reiici oportere, ſi forte per eum diſpoſitio eludatur, quemadmodum propria ſignificatio repudiatur in legibus, ne ludant. [o] Idem quoque dicendum exiſtimo, cum uerbi deriuatio cum ratione legis congruit, ut & hic loquendi communis uſus repellatur. Idq; non inſubtiliter Alciatus probat. [p] Sequitur de probādo communi uſu dicere. Et mihi cum Alciato conuenit uſum, cuius teſtes habemus Iuris conſultos alia probatione non indigere. Qua propter pupillos mentis impotes, bonis interdictos, hoſtium potitos qui Iureconſultis autoribus [q] ex recepta conſuetudine uocantur inteſtati, etiā citra aliam probationem in quocunque plebeſcito inteſtatorum mentionē faciente, pro inteſtatis accipiemus. Quæ ſententia à Carolo quoque Molineo in eius ad reſponſa Alexandri notis acerrimè defenditur, [r] item fundi nomen ad ruſtica duntaxat loca trahetur. [s] ſecundum quod eſſet habenda fides Bartholo aſſeueranti rem alterius cōmuniter intelligi eam quoque quam poſſideat quiſpiam, licet haud eius ſit ipſe dominus. Idq; ſcripſerunt plerique [t] Quod in uim præſumptionis Decius [u] intelligit, ut incumbat neganti probatio. ſed ego in Bartholi uerba nunquam iuraui, nec uni tantum defero, nec Catoni quidē (ut adagio circunfertur) cum poſſe decipi uel prudētiſſimos in factis acceperim. [x] Et Accurſius detinentiæ meminit non poſſeſſionis agens de colono, qui detentor eſt fundi, non poſſeſſor. [y] Imò niſi leges eſſent Iuris conſultorum teſtimonia, quæ potius ſanciunt, quam probant, credendū non eſſet ad hoc æui uſum illum uetuſtiſſimum perduraſſe. [z] Nam & qui hodie eſt communis uſus olim fuiſſe nō præſumitur. Vnde cum loquendi morem attendendum omnes tradant, [a] qui tum fuerit, cum lex perſcriberetur, & ideo in animaduerſione potuerit eſſe, dabimus in hanc rem teſtes, qui dicāt pro teſtimonio ſic habuiſſe conſuetudinem dicendi, cum plebeſcitum rogatum eſt. Quod ſi ante hominum memoriā inoleuiſſet, uicem probationis uetuſtas obtineret. [b] Inualeſcit autem communis hic uſus decennio quam citiſſimè. Nec enim breuiore ſpatio temporis conſenſus ciuium in aliqua uoce nouāda poteſt coaleſcere. [c] Quò fit ut teſtibus dicendum pro teſtimonio ſit, quemadmodum abhinc decennio populus uſurpabat puta uoces, commune, & populum ſic, ut hoc præter nobiles cæteri continerentur, illo nobiles quoque, & quicquid denique ciuium eſſet: [d] nec unquam deinde quoties ſermo incidit, ab eo receſſum eſt. Scire autem ſic ſe rem habere propterea quòd interfuerūt, cum homines colloquerētur, audieruntq; eos non aliter uti his uocibus, nec alium in ſenſum, atque ipſi aſſeuerant. Sciendum autē eſt in hoc uſu communi aſſerendo non ſuppleri iureiurando proba-

tionem

o c. ſi ciuitas de ſententia exco. in vi. glo. c. q̃ſ q̃ſ de uſu. eo. lib.

p Alciat. l. tigni. appellatio. infra de uerb. ſignifi.

q l. i. ff. de ſu. & legit.

r Conſil. cxv. lib. ii.

s l. locus. l. fundi. infra de uer. ſig. Bar. l. i. §. fin. infra eo.

t Imol. l. i. §. nuntiatio infra eo. Iaſ. l. de qbus arg. Bar. ibid. col. ix. de legi. & alib. per eum alleg.

u In l. ii. §. mutui lectu. ii. in fin. ff. ſi cer. pet.

x l. ii. de iur. & fac. igno. c. i. de cō- ſtit. in vi. Alex. l. poſt dotē num. 29. ff. ſol. mat. Iaſ. ubi. ſ.

y l. certe §. is qui rogauit infra de precario l. i. C. coia de uſucap.

z Arg. Bar. l. ſiue poſſidetis. C. de probatio.

a Ful. l. i. C. de iu. cal. Soc. l. gallus §. ſi eius in fin. ff. de libe. & poſth. Alciat. d. li. ii. Por. inſti. q teſta. tut. col. v. Palleo. l. i. char. v. ſi cer. pet. Alex. l. w. col. iii. in prin. de uer. obl. fac. conſ. lxvii. col. iiii. uer. & tanto magis uerb. tempore conditi teſta- menti lib. i.

b l. ii. §. antep. infra de aq. plu. arc. l. hoc iure §. ductus aq. infra de aq̃ quoti. & eſt. fac. cano. c. cum apoſtolica de iis quæ ſi. à præla. ſi. conſen. cap. Alex. conſ. vi. nu. v. lib. i.

c Bar. d. l. labeo. Bal. l. omnes dies C. de fer. Alciat. d. lib. ii. Lanfran. d. c. quoniam cōtra uer. Teſtiū depoſ. num. clxxvi.

d Bar. d. l. i. de digni. col. pen. nu. xcviii. Bar. d. l. labeo Bal. ubi ſ.

tionem, cùm ſit eiuſmodi uſurpatio hæc, ut ſerpat in plu-res, nec laborare ualeat à teſtibus. [a] Porrò utrum audiſſe ſæpius à multis debeant, nec'ne, ex rei qualitate ius dicẽs æſtimabit. Hic enim creberrime oportet auditum de pluribus, alibi non item. Et ita Bartholo uidetur. [b] Nec Alciatus hinc abludit, & mihi placet, tam & ſi aliter Tudiſcum ſenſiſſe non ignoro, [c] ſecundum quem penè reddit hic uſus improbabilis. Nec deſunt etiam qui prædicent hiſce probationibus uix unquam fieri ſatis poſſe. [d] Verũ hi probationes adiuuandas eſſe non meminerunt. [e] Item mulieres ſua elocutione hic proficiunt, ibi nihil quicquã. Debet autem mulierum uſurpatio attendi, in iis quæ earum manibus, uel artificio conceſſa ſunt: [f] tametſi uidet eis condendæ legis, & conſuetudinis inducendæ facultas adempta: [g] non quia lex conſultum ſit uirorum prudentium [h] (ut Barth. & cæteri argumentantur [i]) nam hominum quoque ſapientium eſt decretum, [k] quæ appellatio & fœminas continet, [l] unde legimus Iuſtinianum adhibita in cõſilium Auguſta tuliſſe legem: [m] & Lampridius meminit, ſenaculi muliebris ab Heliogabalo inſtituti, ſenatuſconſultorumq́ muliebrium, & quibus de rebus eſſent: itemq́ Vopiſcus in Aureliano: tum lex ad interrogatum conſulis reſpondente populo ſancitur, [n] quo nomine mulieres quoque comprænduntur: [o] præterea reſte quis dixerit quicquid Iaſon diſſentiat, [p] uirorum mẽtionem ratione frequentioris conuentus uirilis eſſe factã, [q] non uti mulieres amoueantur exemplo Baldi in alia ſpecie, [r] cum neque uerecundia ſexus transcẽdatur, [s] ubi mulierum greges palàm uirorum cœtibus immiſcentur, id quod & pompæ declarant, & templa: ſed quoniam ſilentio longiſſimi temporis ſuffragii ius amiſerunt, diuturniſſimaq́ patientia in mares illud contulerunt: [t] quam uoluntatem & rebus ipſis declarauerunt leges abſque muliebri ſuffragio latas accipientes, eisq́ obedientes ſe præbentes. [u] Suſtinetur autem fœminea hæc cõſuetudo ex tacita marium approbatione (ut ait Bartholus [u]) Hic tamen & mediocritas optima eſt, quod nos ante pro regula tradidimus. [x] Pueros uerò & minores quinque & uiginti annis neque in iis quæ leuiorum ſunt ſtudiorum, inducere uſum loquendi poſſe, explorati iuris eſt. carent enim ſuffragio [a] propter imbecillitatem conſilii, & nullum propè captum, [b] licet aliquot prouerbia illis accepta referamus. [c] Vnde nec tacita maiorum conſenſio in animaduerſione debet eſſe duntaxat impuberum ratione, quibus talis poteſtas concedi nequit, etiam ſi populus ſui potens ſit, neminiq́ faſces ſuos ſubmittat: Nam neque princeps Romanus, aut eo maior Romanus Pontifex hoc poteſt, [d] & ſi contra putat Alexander [e] quaſi tutoris eadem

a Bal. l. de quibus col. xii. in fi. de leg. Soc. reg. cciiii. fall. xxxi. iunc. dua præced. Iaſ. d. admonendi col. lxv. ad mediũ de iur. iur. Alex. conſ. cxxxvi. col. v. uerſ. nec eſt locus lib. i.

b In d. l. labeo col. ii. ad fin.

c Abb. c. ex parte col. fi. de cẽſ.

d Anan. c. i. de ſagit. col. vii. Caſtrẽ. cõſ. 293. ſuppoſ. quodã ſtatu.

e l. curent. ff. de teſti. in auth. de inſtru. caut. uer. neq; enim ut abbreuiemus &c.

f l. i. §. ſed & infra de var. & extraor. cogni. Bar. l. ii. nu. xiii. uer. fatemur tñ φ ſi muli. C. q̃ ſit lõg. cõſue. Iaſ. l. i. col. ii. uer. iii. vſ. ff. de leg.

g Bar. d. num. xiii. d. l. i. de legi. ubi Ang. & Iaſ. Dec. l. ii. nu. 37. & ſeq. de reg. iur.

h d. l. i. de legi.

i Doc. d. l. i Dec. ubi. ſ. Bar. d. num xiii.

k l. ii. ꝟſ. decretũ aũt. ff. de legi.

l l. hoĩs infra de uer. ſignifi.

m In auth. ut iud. ſi. quo. ſuff. §. hæc autẽ oĩa fac. xv q. iii. in ſum.

n §. lex eſt inſtit. de iu. nat. gen.

o d. §. lex eſt uer. nã appellatio populi.

p d. l. i. col. iii.

q Glo. l. i. C. de rapt. uirg. glo. clem. i. uerſ. pſidentes de reſcrip. Iaſ. d. l. i. col. iii. & l. i. nu xxvii. C. de ſacroſan. ecc. & nu. 32. lect. ii.

r In c. licet uniuerſis de teſti.

s l. i. §. ſexum. ff. de poſtul.

t Arg. l. alienatiõis in prin. de uerb. ſign. & Bar. d. l. ii. oppo. vi. & uer. fatemur tamẽ in ratio. concluſ. ſ. alleg.

u Arg. Bar. l. quo enim. ff. rẽ ratã hẽri. l. fil. fa. ubi Bar. Ang. Caſtren. ad maced. Bar. l. titius ſcio de cõſtit. pec. in addit. Di. c. q tacet de reg. iur. in. vi. uer. ubi uero ultra taciturni.

ſit uox, quæ pupilli, & nos haud perſonale munus intueamur, oraq́ ipſa adoleſcentulorú. Enim uero in iis qui exceſſerunt ex pueris aliud probandum eſt, quos non modò Pontifex, úel Auguſtus ſui'ue iuris populus, uerum neceſſitas quoque, & conſuetudo ualent adminiſtrandæ reipublicæ præficere. [c] Dixerim ergo hiſce puberibus ex patientia nemini mancipatæ ciuitatis, aut etiá mancipatæ, ſi modò tales uel conſuetudo, uel inopia ad munia publica obeunda aſſumpſiſſet, inducendi mores datam uideri facultatem. Sed quid ſi teſtis rationem dicto non applicuerit, ideoq́ poſt interrogatus, unde habeat id compertum, probabiliter quidem reſponderit, decennii tamen mentionem non fecerit? an ſuſtinebitur eius teſtimonium? Et ſuſtineri conſentiunt, repetitum ꝓ tempus intelligi, quò res in tuto ſit. [f] Nam & alibi tecta repetitione fulcitur actus. [g] Nec rationis adiectio corroborandi teſtimonii gratia facta, debet illud eleuare. [h] Sed in hanc ſententiá ſatis & ſup.

NOVI VERO PRIMVS. Hos iuris libros non aliquiſpiam legum gnarus, exquiſitiq́ iudicii, ſed librarii ſecreuerunt in partes arroganter Iuſtiniani diſtributione [i] habita ludibrio. Niſi fortè malumus iſtos excuſare, qd' peccarint uel imprudentes, uel quaſi nihil hoc facto partitioni Iuſtinianicæ detracturi. Et adducti cógruente ei hominum generi ratione corpus hoc tres in partes conciderunt quòd opus tam uaſtú longe facilius circunlatum iri uidebant, ſi fuiſſet in tria ſectum corpuſcula, quorum aliud ſe alii ferè æquaſſet. ſatis enim fuit ipſis hæc uolumina eò redigere diuidundo, itaq́ concinnare, ut tractari, euolui. geſtari poſſent commodum (potuit hoc ferri [k]) tomiſq́ paribus diſtinguere, ꝙ alias deformem aſpectum eſſent habitura, ut ſunt id genus homines in leuibus curioſi plus æquo, ſed & hic ferendi. [l] Nihil uerò morari debemus haſce diſcretiones indoctorum, ſi quidem perpetua ſeries exiſtit Pandectarum. quæ ea ratione interciſa eſt, quia librorum immenſa hæc moles in unum conſui haud facilè potuiſſet. Quod negat nemo. [m] Et hoc ex illo quoque apparet quod Pandectæ duobus tomis cócludi cœptæ ſunt, ut coniicere licet ex uetuſtiſſimis quibuſdam Digeſtis bipartitò diſtributis, quæ perueniſſe ad manus ſuas Alciatus primo Diſpunctionum libro commemorat. Pla-

nè

u d. uer. fatemur tamen in ratio cócluſ.
x Arg. d. l. ſciédum §. illud de edil. edi. cum ſimil. & Fely. ubi. ſ.
a l. Spurii §. i. de decurioni. l. Ad ré pu. de nu. & honor. Bar. d. nu. xiii. uer. ité minores Iaſ. l. iur. gen. §. hodie tamen num. xvi. ff. de pac.
b l. i. C. de falſ. mone. §. præterea Inſtit. quib. non eſt permiſſ fa. teſta. l. i. de mino.
c Eraſm. in chiliad. adag. 701. & 3303. & 3778. & 3805.
d §. ſed naturalia inſtit. de iu. na. gen. v. dinſtin. in prin. glo. l. cum prætor de iud. Abb. c. cum uiceſimum de offi. deleg. Caſtren. l. quidá conſulebant infra de re iud.
e d. l. quidam conſulebant. col. ii.
f l. non tantum de decurio. Abb. d. c. cum uiceſimum.
g Bar. d. l. labeo Oria. In c. quoniam cótra, char. lix. col. i. de probatio. facit. l. fi. à contra. de fideic. lib. Bar. l. cum pater de pact. dota. Alex. conſ. 100. nu. iiii. lib. i.
h l. item quia §. ult. de pac. l. pen. §. uxor ſol. mat. l. labeo. ff. de arbit. l. item quæritur §. qui impleto. ff. loca. l. inter §. cum inter eo. tit. de pac. dota.
i l. ꝙ fauore. C. de legi. l. lega. inutiliter. ſ. de adi. leg. l. ſi mancipia. ff. de fun. inſtru. l. ii. C. de uet. iur. enucl.
k Arg. l. caius §. titius de leg. ii.
l Arg. l. ut liberis uer. equa lance parique &c. C. de colla. l. inter filios. C. fami. hercíſ. l. pen. uer. ult. C. cómu. diuid. l. i. uerſ. nec modum. C. de ædif. pri.
m Bar. & Doct. ſ. Rub. ſol. matr.

ne illi ipſi librarii uolentes ſingillatim cuilibet tomo nomen indere, quò minore negocio internoſcerentur, licet ad hanc rem uerſicoloria quoque integumenta eſſent auxilio, [a] & illepidum rati fore, ſi inſcripſiſſent Tomus Digeſtorum primus, alter, tertius, ut pote quod eſſet tritiſſimum genus inſcriptionis, à literatore quopiam difficulter, quæ tomis inderent nomina, ſuum cuique hæc tria extorſerunt, quaſi totidem ſibyllæ folia, vetus, ꝙ definiatur in eo Iuſtitia parens Iuris, expliceturꝗ perantiquum naturæ ius atque gentium, & ſcientiæ ciuilis incunabula, tū ſeries magiſtratuū, prudētiumꝗ conſecutiones, principalium deinde conſtitutionum doceantur initia, [b] Infortiatum, ꝙ τα φόρτια id eſt, onera quæ teſtatores hæredibus imponunt, ut legatorum ac reſtitutionem, itemꝗ dotium mulieribus tam ex teſtamentis, quam ex pactis reddendarum, continet, Nam quod ab Alciato ibidem dicitur, hāc uocem nullius eſſe ſenſus uix eſt ut admittam, cum oporteat aliquid ſibi uoluiſſe & omnino ſenſiſſe eum, qui tale nomen inſcribendum dedit, [c] præſertim quod eruditè detorſit, licet inconſulta aure. Quid? quod ne Alciatus ipſe ſemper idem ſentit? quia uariata deinde ſententia, reductoꝗ calculo aliud de hoc in literas mittit, [d] ſed magis acutè (niſi me fallit animus) quàm uerè. Quis enim det illi, aut Odofredo uel Accurſio quos teſtes laudat, eū codicē fuiſſe unquam deperditum qui cardo eſt acutiſſimi eius inuenti, cum Piſis ab uſque Iuſtiniani temporibus Pandectæ ab omni iniuria ſartæ tectæ cōſeruatæ ſint? Quod & Bartholus tradidit. [e] Præterea ſi duo tantum corpora fuerunt, ut idem Diſpunctionum libris probat, quorum poſterius à ſenatuſconſulto Trebelliano ſumebat exordiū, iam hæc non conſiſtunt. Nec facile credendum ius teſtamentarium potius quam quodlibet aliud inter arma Barbarorum ſiluiſſe: Nouum, uel quia poſtremū: ſenſit enim dictionem hanc poſſe nōnunquam æquè quod extremum ſit, notare, ac nouiſſimum. Quod exemplo Pōtificum [f] in homine amuſo, & Barbariæ affini quales tulit ſæclum prius, tolerandum eſt. Apud ueteres enim optimos autores lectum eſt nuſquam: uel eo ꝙ opponitur ueteri, [g] quo modo noua quoque dicitur hæreditas, tametſi de lege, ſenatuſ've conſulto defertur quæ priſca ſint, modò ne duodecim tabularum lex deferat, quæ uetus appellatur. [h] Qđ utut admitti poteſt. cum autem poſthabeatur in Rubricæ contextu uerbum noui, ꝙ ait Bartholus hunc codicem dici nouum ea ratione qua nomen à ſuis primoribus uerbis adepta ſunt interdicta, [i] ponderis habet parum, niſi putamus cum Vergilii exemplo defendendum, qui primis uocibus omiſſis ab extrema parte carminis adduxit Eclogam in Daphnide, Hæc eadem docuit, cuium pecus? At

a Sebaſtia. Brant. in prin. Expoſitio. tit. utr. iur.

b To. tit. de iuſt. & iur. de orig. iur. &c. de legi. & ſenatuſconſ. de conſtitu. princip.

c Bald. cōſ. ſchiſma. col. iii. uer. imo nunquam nomen. C. ſi quis aliq. teſta. prohib.

d lib. parerg. iiii. c. xxv.

e ſ. rub. ſol. matr.

f c. cum Marthæ de celebra. miſſ.

g l. uetus de ui. tri. ol. leg.

h l. i. ii. iii. §. nouo. ff. de petitio. hæred. l. i. §. capitis ad tertull. l. tutelas §. ex nouis ubi glo. de cap. dimi. §. ſciendum Inſtit. ad orfic.

i l. i. infra ꝙ ui l. i. infra quo. bo.

prior modus eſt frequentior, ut alibi luculenter exequitur Alciatus, [k] Vnde præſtiterit interpretari ex interdicti ſerie, [l] ut omittamus procul diſſita, [m] hoc deſumptū eſſe, quod quidem interdictum ſic ſtructum ſcimus, ut inde Bartholus ſe tueri poſſit. Quàm uerò lautè, quàm ſplendidè nominari queant leges iniquæ quod homines à maleſactis auertant tum ſpe, tum metu, Bartholus ipſe uiderit. Ego nihil magis improbarim. Neque poſſum non affici ſummopere, uel ſtomachari potius, quotieſcunque tantus autor ineptias tam meras effutit, ſanè tales de nominibus quæſtiunculæ ſunt infructuoſæ. Quapropter ſubſcribo ſententiæ aientium [n] in talibus infrugiferis ueſtigationibus operæ nihil ponendum. Hinc fit, ut irrideat & illos Alexander, [o] qui bonas perdunt horas in titulis appoſitè conglutinandis, eorumq́ perpetuitate defendenda pugnaciter, ut alius enaſci uideatur ex alio, cum fieri nequeat, quin aliena ſæpius intercurrant. [p] ſed tamen hoc edictum Iuſtinianus cōgruenter (ut mea fert opinio) huc uſque diſtulit. Non enim tam cauet, ne prætorii cum ciuilibus, uiciſſimq́ cum prætoriis ciuiles tractatus miſceantur, quàm ſtudet, ut eò interiore uinculo res connectant̃, propiusq́ aliis aliæ accedant, quo magis affini materia cōſtant. [q] Quid autem rei cum teſtamentariis prætoriis legitimis ſucceſſionibus habet nuntiatio? At eæ tantum neceſſitudinis habent inter ſe, ut haud ſeiungi debuerint: [r] nihilq́ minus iiſdem fuerit inculcandum, quam prætoris edictum de operis noui nunciatione. Qua tñ in re ad illud confugit Alex. quod alias tradidit, [s] haſce cōnexiones Rubricarum nihili res eſſe, ac debere ſperni. In qua opinione cum ſim ego quoque mitto quod indagare nonnulli ſolent, qua ratione tractatus noſter ad ſuperiores queat applicari. Neque profectò copulationem ſat firmam reperias. Tantum dici poteſt edicti hic collocandi anſam inde arreptam eſſe, quando ſupra de bonorum poſſeſſionibus, quas ipſum prætorem dare conſtat. [t] actum eſt. Nec uideri debet coniugatio hæc nimis altè repetita. Nam tractatuum quos propinquitas argumenti deuinxit, interpoſitus non reuellit uincula reliquorum, nec impedit quin illi cohæreant inter ſe, aliusq́ uideatur ex alio demiſſus, [u] etiam ſi tot interſerti ſint, ut ob ipſius libri magnitudinē, neceſſariò qui reſtant, alii libro tradantur. id quod & Accurſium [x] puto ſenſiſſe, licet interpretes toto errent cælo in aſſequendis eius uerbis inaniter conflictantes, [y] ſed nimis multa de tricis. Planè facit hæc i tres tomos ſectio, ut extremi duo propemodum ſint acephali, [z] nec tamen his minor ideò fides habetur. Iure ergo hinc deſcendit quæſtio, lex municipalis quatenus edenda, ut accipiat fidem? Et Bartholus cæteris aſſentiētibus integrum caput,

nempe

k Lib.parerg.iii.c. ult. in rub. ſi cer.pet.

l l.prætor infra eodē in prin.

m Rub.C. de no.op. nunc.extra de no.op.nūc, In auth. de no. op. nunc.

n Glo.& doc.d.rub. ſol.matr. glo.l.ii.C.de conſtit. pec. per illum tex.

o In d.rub.ſol.mat.& l.Gallus in p̄n.de liber.& poſth.

p Glo.l.ii.ff. de ſtat.hom.

q Arg.l.ii.§. quartus autē uerſ. cum oportuerat. C. de uet. iur. enucl.

r Arg.Inſtit.de leg. in prin.

s In d.rub.in d.l. Gallus.

t Inſtit.de bo.poſſ.in prin.

u Caſtell.Iaſ.rub.de leg.i. arg. l.i.ſi tab.teſta.null.Inſtit.de leg. in prin.adde d. §. quartus in p̄n. d.l.ii.uer. ut res patitur de ſta. hom.

x glo.rub.ff.de ondict. fur.

y Doc.d.rub.ſol.mat.Iaſ.d.ru. de leg.i. Alex.hic Dec. ru.de iud. extra lect.ii.col.iii. & rub.ſi cer. pet.in prin.lect.ult.Iaſ. Inſtit.de act. col. v.

z xciii.diſtin. c. nulla.

nempe rubricam, & ſequentia ad calcem uſque plebeſciti uerba (ut explicat Angelus [a]) edi oportere autumat, [b] ne particula duntaxat exhibita, nihilominus exemplar habeat, quod legem uel ꝑducat, uel adſtringat, ob eamq́ cauſſam peccetur. Quod facillimè poſſet uſu uenire, cum ſæpenumero explanent quæ ſequuntur, antecedentia. [c] Idq́ obſeruãdum ſiue ius dicenti, ſiue parti aduerſæ, lex edatur, [d] quicquid hic diſtinguat Bartholus, quem Tudiſcus alibi ſecutus eſt: [e] cum ſit omnium hæc communis, ideoq́ totam edat Archeota. Quod Alexander ſcribit, & uerum puto. Nam neque in hac re ſuſpicio perpenditur, cum publicè facultas inſpiciẽdi cõpetat. [f] Amplius idem generaliter tradit iudici quidem totum quidlibet exhiberi, ſiue plebeſcitum id, ſiue genus aliud ſit monumenti, [g] ſed aduerſario conſtitutionem dũtaxat integram, quippe quæ eſt in promptu omnibus: reliqua uerò particulatim quatenus intereſt, [h] ꝙ nequeant aliter, cum niſi quatenus interſit, edi ſoleat nihil. [i] ſed utrunque falſo. Legatarius enim qui poterit exhibere teſtamenti reliquum ius reddenti? Cum nihil à teſtamentario præter legati caput, & ſi quid eò pertinet, hæredisq́ nomen conſequi ualeat? [k] ut rectè Bartholus hunc exceperit. Nec aduerſario edũtur idcirco tabulæ per partes, ꝙ abſolutæ non dantur à librariis, ut credidit Alexan. (hæc nanque ratio non ualet in formulas quæ pertinent ad eum totæ, qui edi ſibi petit, cum eas tum edat integras tabularius, & nihilominus in partem dentur aduerſario, ſi tantum locus aliquis ſit in quo rei cardo uertatur, [l] quod euenit non rarò [m]) ſed uti ſyllabarum aucupibus Pontifices quibus iſtarum forenſium hirundinum quæſtuaria turpisq́ ſycophantia ſuboluit uafritias communiſcendi eripiant argumentum. [n] Idem ait Bartholum ſibi non conſtare, qui ſcripſerit alibi [o] documentorum particulas edi ſatis eſſe, propterea ꝙ ex his nihil editur, niſi quatenus intereſt, cum tamen hic aliter diſtinguat. ſed nodũ in ſcirpo quærit, nec ſunt hæc pugnantia, cum ibi haud inficias eat Bartholus integrè edi inſtrumentum rei, quoties ad quempiam totum ſpectat: & magis uideri poſſit ex ratione ſubiecta de toto accepiſſe, quod eſt de parte ab eodem dictum. [p] Item debet locus ille ſecundum hanc diſtinctionem intelligi, cum editio litigatori, non autem iudici facienda eſt, documentiq́ pars adſtruit cauſſam: uel cum quis amplius nihil habet, ut legatarius. Quod maxime dicendum, quia idem autor definit ibidem de ſtatutis, quicquid in aliis ſit. Quibus ex uerbis apparet ſibi eum ſeruaſſe ius ſuper aliis quandoq́ [q] ad calculum reuertendi. Additamentum quoque debet edi, cum ſit pars legis & iiſdem qualitatibus omninoq́ pari iure cum ea cenſeatur. [q] & meritò. [r] Nam & ſub eandẽ

a In l.i.§.edere de eden.
b Arg.l.in ciuile ſ.de leg.
c l.ſi ſeruus plurium §.fi.l.qui filiab.in prin.de leg.i.
d Bar.d.l.in ciuile.l.ii.ad fi.quéad.teſta.ap.Dec.c.i.de ꝓba.col.xxxi.
e Abb.c.contingit in fi.de fid.inſtru.
f Dec.d.co l.xxxi.ad fin.facit lex,nullus uidetur.ff.de reg.iur.
g d.l.in ciuile d.c.contingit.
h l.fin.ubi Cy.C.de prec.impe.off.
i l.argentarius §.edi.ff.de edẽ.
k Cy.Caſtren,d.l.fi.Bar.d.l.qui filiab.ubi Iaſ.nu.vii.Alberi.in d.§.edi.Iaſ.d.l.qui filiab.nu.vii.
l c.cum perſonæ uer.nec non de articul.de priuil.in vi.
m l.ex conuentione ubi Doc.C.de pac.d.c.contingit.
n d.c.contingit d.c.cum perſonæ ubi glo.facit Iaſ.§.omnium nu.cxxxiii.Inſtit.de actio.fac.gl.l.ab Anaſt.C.mand.
o In d.l.in ciuile.
p l.quæ de tota ff.de re.uendi.
q Card.poſt lapp.clem.ſtat.opp.iii.col.ii.de elect.
r Arg.l.eum qui ædes de uſuca.l.rerum miſtura eo.tit.

Rubricam coactum eſt, unoq; ſpiritu cum reliquo corpore continetur. Quod orationis perpetuitas, & rerum argumenta ſignificant.[s] Nec tamen edi conſtitutionum liber debet, quoniam niſi congruo ſub titulo ſuoq; loco de materia non agi probabile eſt,[t] quicquid alibi ratiocinetur Baldus,[u] quem Iaſon & Decius rectè improbant.[x] Et uera ſunt hæc in ſtatutis municipii alterius quàm in quo fieri debet editio, quoties ea quis allegat, ut intentionis ſuæ iaciat fundamentum.[y] Atqui plebeſcita loci eius, ubi eſt de his controuerſia, haudquaquam edenda ſunt: & hoc inter omnes conſtat, quandoquidé publicè comperta ſunt atque cognita.[z] Doctos igitur doceri non oportet.[a] Niſi fortè Decuriones aliqd pro re nata decreuiſſent, quod auribus uulgi non increbruiſſet, nec aliis legibus eſſet adiúctum. illud enim meritò iudicem latere poteſt.[b] Nec omnino lex eſt, quæ ſecluditur ab uniuerſitate reliquarum.[c] Vnde ſententia aduerſus eam lata non erit ipſa ui nulla.[d] Itaque opus eſſet decreti prolatione, ſicut iuridico eidé ſunt probandi mores, quibus utitur ciuitas:[e] quoniá culpandus non uidetur ius dicens: & ſi qd oppidani ſeruent, neſcit.[f] Quòd ſi id decretum uulgare protritumq; ſit, uero propius eſt, ut non debeat edi, ſicut nec teſtatiſſima conſuetudo probanda eſt, atque ita Panhormitanus ſentit,[g] Dictum autem de iudice, ut ei decretum abſtruſius edatur, de parte accipiendum non eſt, cui edi ſibi ab Archiphylace quod omnium commune eſt, ſuo iure licet poſtulare. Quid tamen ſi partem conſtituti, quod edi totum debuit, aliquis edat? an exceptioné omittéte aduerſario ſi dein pars edita faciet? Et ait Bartholus, cui repugnat nemo, fidem non facere, ſi euidenter appareat edi partem, ut ſi in exéplo, qui exſcripſit, profiteatur, ſe particulam ſumpſiſſe, uel addat notam quæ præ ſe ferat aliquid eſſe reliqui (talis ea ferè, ſolet eſſe &c.[h]) uel ſcribat, & reliqua, ſeu & cætera, ſiue & quæ ſequuntur, & ſi qua ſimilia, uel ſubiiciat deſiderantem plura dictioné, cuiuſmodi ſunt, itaque, quoniam, ſed, igitur, cum, quapropter, & innumerabiles aliæ, uel orationem qualis hæc, Mæuius fundú uendidit Sempronio talibus pactis, Primum eſt, uti Sempronius: Item, Hermes interrogatus unde acceperit: & quæ ſunt eiuſmodi.[i] Indicio enim ſuo hic perit probatio.[k] Sed quid ſi nequit ex lectione deprændi, quod exhibetur, totum ſit nec'ne, an & hic abrogatur fides? Quod Bartholus negat, quia præſumitur integrum quid edi, non conciſum. Nam & in repertorio ab hærede ſtamus, ut ſingula credatur annotaſſe.[l] Item hæredes ſuos omnes cenſetur nuncupaſſe teſtator.[m] Quod extremum Pontanus & Iaſon adducunt, & amplius hoc argumento freti Bartholú ſuſtinere conantur. ſed Imolanus & Alexander diſſentiút,

s glo.d.l.inciuile arg.l. i.in fi. cum ſeq.ff. ſi ex nox cau.ag.
t Arg.l. imperatores de in di. add.not.in d.l. ii.de ſtat.hom.
u In d.l. inciuile.
x Iaſ.hic Dec. d.c.i. col. xxxii. in prin.
y Bar.l. oés pop. in fin. ff. de iuſt.& iur. Alex.conſ. xxxvii. nu. xx.lib. ii.
z Bal.d.l. inciuile.
a c. eum qui de reg. iur. in vi.
b Bar.d.l.omnes populi in fin. l.cum prolatis.ff.de re iud.
c Bal c. in cauſis uer. qro utrú de re iud. Ro.conſ.522. quo ad primum ult. dub.
d Bar d.l.eum prolatis. Ioan. Fran.Paui.in prælud extrauagá.
e l.i.C.quæ ſit lon.cóſue.
f c.i.de conſtit.in vi.l. præſcriptione C.ſi con. ius uel utili. publ.
g Abb.c.i.col.v.de re iu.Paui. ubi.ſupra.
h l.Gallus §. idé credendú ubi Doc.ff.de lib.& poſth.
i d.l.in ciuile.
k Doc.l. ſi is qui uel ſi quis cú ff.de teſta.
l glo.l.cú de lege.ff.de proba.
m d.l.ſi is qui.

quoniam probatio quod ſumpſit, neceſſario debet efficere.[a] Quibus aſſentior, cum nihil abſurdius eſſe poſſit, quã ſinere ab eo conuelli regulam iuris, quem nulla præſumptio legis tuetur. At hæredi fides habetur inuentario ritè confecto, in quo uerisimile non eſt ipſum deliquiſſe tot conſciis, & arbitris excuſſum.[b] Lexq́ probationis onus in alios transfert, quaſi nequeat ab hærede quicquam amplius citra eius notam deſiderari.[c] Nec illud adductum oportuit, quod iſti afferunt ex Iaboleno,[d] haud exiſtima ri teſtatorem pauciores, quàm ſibi deſtinaſſet, hæredes nominaſſe. Nam præterquam quòd teſtamentum præſumitur abſolutum,[e] generaliter putandum non eſt à quoquã minus lingua nuncupatum eſſe, quam idem mente uerſarit.[f] id quod & Baldus ait.[g] ſed quid hoc quæſo, id carmen? Hinc ſequitur, ut decipula, quam ſtruxit ex recepta ſemel opinione Bartholus, amoueatur. Cum enim his fidem tribui particulæ concluſiſſet, ſubieciſſetq́ aduerſariũ præſumptionem eliſurum tota lege prolata, adiecit eandem ſi fortè lex aduerſetur, cõſultius editurum plebeſciti exemplum aliquanto priore illo uberius, duntaxat, ut liqueat non fuiſſe exhibitum caput integrum, ſed & hoc paſſim imperfectum, nec tota lege edita ſemet ipſe (ut dicitur) iugulet. ſic fore, ut adeantur iterum ſtatuta, exemplũq́ ab illo repetatur. Quæ tendicula & partes manibus uexaret ſumptibus, & litem reclamantibus paſſim legibus produceret. Adde quod in cauendo non in decipiendo prudẽtes eſſe debemus. Quo nomine C. Aquilius Gallus tantopere M. Ciceròne collaudatur. ſunt tamen caſus aliquot, in quibus ex ſcripturæ particula fides conſtat. Primus cum legiſlator aliquid ex aliorum monumentis affert. Nam quamuis mutilum ſit teſtimonium, tamen, ei creditur uberrime.[h] Neque enim ſubeſt ulla ſuſpicio fraudis in eiuſmodi homine,[i] ut maximè ſubſit aliquod erratum, k quod aut incuria fudit.

Aut humana parum cauit natura,[l] (ut eleganter inquit Horatius) Nam & homines ſumus, quorum eſt Cicerone teſte errare, tum eruditiores ſunt huiuſmodi quiſquiliarũ incurioſi:[m] adeo ut quandoque uix ſenſa conueinant, nedum uerba. Quod & in Euangeliographis deprenſum eſt,[n] Talia enim plerunque non depromimus è libris, ſed memoriæ credita repetimus, quæ nonnunquam repo nit infideliter.[o] Secundus eſt, cum pars autoritate iudicis à tabulario datur.[p] Tertius eſt caſus, ubi ſuo ex officio librarius edit partem, puta teſtamenti legatario.[q] Iuridici enim, cæteriq́ ad officia adhibiti exploratæ fidei, & ſummæ integritatis homines exiſti mandi ſunt.[r]

a l. non hoc. C. unde leg. c. in præſentia de probatio.

b Arg. l. hac conſultiſſima in ſi. C. qui teſta. fac. poſ.

c Iaſ. l. decem col. viii. infra de uer. oblig. l. ſi conſtante col. xix. & ſeq. ſol. mat. l. ult. §. licentia. C. de iur. delibер.

d d. l. ſi is qui uel ſi quis cum.

e Iaſ. d. l. Gallus §. qd ſi is col. iii. uerſ. item in dubio. præſu.

f Arg. l. labeo in fin. de ſupell. leg. fac. alleg. v. ad uer. inuentarii. l. uoluntatis ubi Bal. not. C. de fideicom.

g In d. l. ſi is qui.

h l. pars literarum. ff. de iud. l. ii. uerſ. & infra. s. ad leg. aq. in Decretalib. uerſ. & infra. l. fin. infra de nundi.

i Bal. l. i. ff. de inoff. teſta.

k l. ii. uer. qui fuit illis tẽpori. & § ẽt. L. Craſſus, & utrobique G. Bud. in annot. s. de orig. iur. l. iii. §. ſi liber de condit. ob cauſ. facit c. ult. xxx. q. iiii.

l l. ii. §. ſi quid autem §. ſed & ſi quid forſitan &c. C. de uet. iur. enucl.

m Alciat. lib. parer. iiii. c. xvii. G. Longoll. in annota. Plauti. in Curculio. Abb. c. & ſi quæſtio. nu. v. de ſimo.

In Arte. Poet.

n Hier. in Eſa. lib. iii. & lib. ad Pãmach. Eraſ. in annota. Matth. c. i. & ii.

o l. peregre. ff. de acq. poſſ. cum ſimil. ut. s.

p d. c. contingit. d. c. cũ pſone.

q d. l. fin. ubi Cy. & Caſtren.

r c. ad audiẽtiam de pſcriptio. l. ii. C. de off. ciuil. iud. c. nouit. uerſ. licet eum de appel.

OPERIS NOVI. Hæc appellatio cõprendit opera, quæ ſolo imponuntur. Horum enim cõſtructio, uel demolitio nouum opus cõtinet. Nam quæ in ſolo nõ fiunt ut arborũ ſucciſiones, aut ſectiones meſſiũ nomẽ opis noui non habent, & alio iuris auxilio uindicantur. [s] Vnde qui excitat aliquod ædificium, uetus'ue deponit, aut reficit ſic, ut aut addendo, aut detrahendo priſtinam rei faciẽ mutet, is facit opus nouum. [t] At qui quod ruinam minatur fulcit, ne corruat, hic opus nouum facere non uidet̃. [u] Eſt autem duplex noui operis inſpectio. Aut enim quis ne quid fiat prohibere uult, & hoc poteſt ignorans operis proceſſum, quia loco quoque uacuo, cæmentisq́ duntaxat, ut ponantur, aduectis, datur inhibendi facultas, habeturq́ pro cœpta quæ ſtatim inchoari debet ædificatio, auxilium tribuente edicto needum opere incepto. [x] Aut qs ad reſtitutionem in integrum eius quod aduerſus nunciationem factum eſt, ſtipulationis'ue commiſſionem properat, & ita demum impetrat opem interdicti, ſi opus nouũ inſtar, & quaſi faciem quandam habeat operis inchoati. [y] Nam eius quod factum non eſt, quæ fieri poteſt diſturbatio? [z] aut eo nomine quæ pœna infligi? [a] Et hæc in operis noui nũciatione, cuius duo ſunt capita, [b] unum quod uetat ædificari quicquam, alterum, quod demoliri iubet, ſi conſtrui quid cœptum eſt. In priore autem cõſiſtimus, ut dixi, quando nihil eſt neceſſe alterum reddi, ut quia ſuperſederit ille, cui nunciatum eſt. Quod ſi proceſſit, illicitè factum poſteriore reſtituitur. Ergo nũciatione utimur, quatenus expedit: in eaq́ opus nouum ſicut à nobis dictũ eſt, uariè pro alternatione capitum accipitur. ſed alibi ſumitur opus uel in re eadem indiſcretè tam ſtatim inchoandum, quàm cœptum, [c] uel longè ſecus, quippe inſpectatum ad uſum, tum ad formam conſummatione. [d] item alias uerbum hoc nouum ſecundum quod ſubiecta res patitur, accipi ſolet. Quod oſtendi poſſet in nouo iure, [e] uino, [f] Emphyteuta, [g] caſu, [h] beneficio, [i] inſtrumentis, [k] defenſione, [l] & pluribus aliis, quæ nequaquam attinet hic referre. Tantum non omiſerim, ſi nouum debitorem non antiquum in uincula coniici ius municipii permittat, meusq́ debitor antiquus creditori meo ſoluturum ſe promiſerit, cum nouata ſit obligatio, eum debitorem nouum eſſe factum uideri, ideoq́ iuſſu noui creditoris rectè in carcerem ductum iri. Quod ab Alberico definitũ eſt, [m] nec Alexander diſſentit. ſciendum quoque eſt tabulas nouas apud ueteres fuiſſe qbus debitores tabulis prioribus abolitis, nec ſolutis uſuris faciebãt ex integro nomina, in præteritum fraudatis creditoribus, ut pote retentis in anteacto tempore citra ullum fœnus pecuniis. Quod quoniam non iure fiebat, ſed ui exprimebatur turbulento ſtatu reipublicæ,

s l.i.§.hoc autem edictum.ii.infra eo. ubi Bar.
t d.l.i.§.opus.
u d.l.i.§.ſi quis ædificium.
x l.prætor §.ſiue infra eo.l.i.§.ædificare ſ.de mor.infe.Bar.l.de pupil. §. nunciationem infra eo. ubi Iaſ.not.iii.
y l. ſtipulatio § .opus ubi Caſtren. infra eo.
z l.decem de uerb. oblig. cum ſimil.
a c.ſine culpa de reg.iur.in vi.l. aliud fraus in prin. infra de uer. ſignif.
b d.l.prætor in prin.& §.deinde glo.l.i. in prin. infra eo.
c l.i.§.cœpiſſe.ff.de poll.
d l. ædificia § . perfeciſſe infra de uer. ſigni,l.ſi is qui quadringenta §.ſed & ſi opus ad legẽ fal.
e l.i.ubi glo. ꝙ quiſque iur.
f Doc.l.cum quid ſi cer. pet.
g Iaſ.l. ult. num. xli.C.de iur. emphy.
h Ang.hic.&d. l.i.
i Rebuff.in arb. Feud.uer.nouum.
k l. admonendi ubi glo, Doc. de iur.iur.
l Azo in ſum.C. ſepius i integ. reſtit.uerſ.& nouam defenſionẽ.
m Alb.tract.ſtat.par. ii. q. xv. itẽ ſtatu. caueẽ p l. i.de nouatio. Alexã.hic.

publicæ, ut Cicero in officiis alibiq́, & Saluſtius in Catilina docent, eius (niſi fallor) in Pandectis nulla mentio habetur. [a] Nec enim ſub Cæſaribus tale aliquid unquam paſſa eſt Romana ciuitas. Homines autem nouos appellabant, qui nullis ipſi maiorum imaginibus clari, ſuis rectè factis, & uirtutibus ſuſpiciendis ſe nobilitaſſent, & conſecuti id eſſent, ut in ore, oculiſq́ omnium illuſtres uerſarentur, & prælucerent ſuis maioribus, ut à ſe illi acciperent initium memoriæ ſuæ. Tales fuere M. Cicero. C. Marius Arpinates, & plerique Philoſophorum, Poetarum, Iuriſconſultorum, è quibus fuerunt etiam nothi quidã. [b] Adde hiſtoricos rerum inuentores, egregios artifices. Fit autem neſcio quo modo, ut maius ſit adipiſcendi quam retinendi ſtudiũ ut potè euétu difficiliore in altero, [c] ideoq́ nomen illuſtrius pariente. & ſi quandoque (ut præclare ſcriptum eſt à Naſone)

Non minor eſt uirtus quam quærere parta tueri, [d]

Vnde cum nobilibus tuenda ſit dignitas à maioribus accepta, cæteris uero acquirenda recens, multo plures in parando, quàm in conſeruando elaborauerunt.

NVNCIATIONE, id eſt, phibitione. Quid enim aliud eſt noui operis nunciatio, quàm inhibitio ædificationis ad depulſionem damni, iuris'ue tuitionem uel conſeruationem. Huius enim uetationis cauſſa eſt triplex. Aut enim quò damnum depellamus, aut ad tuendum ius publicum, aut conſeruandi iuris noſtri gratia nunciamus. Item tribus ex cauſſis ius noſtrum conſeruamus per operis noui nunciationem: quarum naturalis una eſt, altera uerò publica, tertia autem impoſititia. Quas omnes ſingillatim Vlpianus infra exequitur. [e] Sed in hanc Rubricam ſatis, aut etiam plus ſatis.

G

a Facit. l. i. in pn. C. de cad. toll. l. i. in prin. C. de lati. liber. toll.

b Alciat. lib. de ſing. certa. c. xix.

c l. pſe furioſo. ff. de is q ſui uel alie. l. i. in prin. C. de re. ux. act. glo. l. ſi qd bello. ff. de capti. fac. reg. l. retétio. C. de uſu. Dec. l. dié col. iiii. uerſ. quia abſolute. ff. de offic. aſſeſ.

d glo. l. ſi pat. fam. §. ſi. ff. de adoptio. l. iii. in fin. C. de natur. lib.

e l. i. §. nunc uideamus l. de pupillo §. ſed & ſi eum ſeq. infra eo.

FEDERICI SCOTICO-MITIS ET IVRISCONSVLTI Placentini, Reſponſum in materia, Vſufructuarius quemadmodum caueat.

VXORI LEGAVERAT uſumfructum maritus bonorum ſuorum. Conſultus ex facto quemadmodum hæredibus cauere uſufructuariam oporteret, reſpondi, bonorũ genera quatuor eſſe: Vnum immobiliũ, quæ uſu nullo uincuntur, quales fundi, ædes: Alterum contra mobilium, quibus itidem nihil adimimus utendo, ſicut aurei uel argẽtei, ſcyphi, gemmæ, anuli, numiſmata, ſerui, boues, equi, reliquaq; generis eiuſdem. (Secũdũ Philoſophos hæc accipi nolumus: f alioquin

Annulus in digito ſubter tenuatur habendo,
Ferreus occultè decreſcit uomer in aruis,
Strataq; iam uulgi pedibus detrita uiarum
Saxea conſpicimus: &c. quæ libro de rerum natura primo

Lucretius egregiè ſuis uerſibus eſt perſecutus: Animata uerò naturæ uis abdita quædam conficit nunc e ueſtigio, nunc paulò ſerius, etiam ſi nemo his utatur: ideoq; momẽti nihil habet in eis uſus attenta potiore cauſſa, g nempè naturali, quæ præualet ei, quæ ꝓficiſcitur ex accidente h) Tertium autem eorum, quæ uſus ipſe conſumit, cuius generis oleum, triticum, uinum, pecunia, lana, i pannus ad ueſtes conficiendas, k & ſi qua ſimilia. Quartum item mobilium, quibus paulatim decedit aliquid ex uſu, quæque minuuntur aſſidua contrectatione, qualia ueſtimenta, l culcitræ, tapetes, mẽſæ, dolia, quæq; ſunt eiuſmodi. Quod pertinet ad duo priora bonorum genera, duplicem mulier exponet cautionem, arbitratu boni uiri perceptum iri uſumfructum, & bona finito uſufructu ad hæredes peruẽtura. m Tertio genere ſi uelit uti frui, aut æſtimatis rebus ipſis tantum pecuniæ reſtitui, aut iiſdem ſimpliciter acceptis, res alias eiuſdem qualitatis reddi ſatiſdet neceſſe eſt. n Ad extremum genus tum denique admittetur hæc legataria, ubi cauerit, & utendo ſe modum ſeruaturã, omniq; officio prouiſuram, ne rebus legatis aliter fruatur, q̃ frugi homines ſolent, & quicqd inde extabit, illaturam ſe hæ-

f l. proponebat. ff. de iud. l. tutores ubi glo. C. de adminiſtra. tuto.

g l. ſi qs nec cauſam ſi cer. pet.

h l. qui habent. ff. de tute.

i l. ſi lanæ. ff. de uſufru. ea. re.

k Bar. lib. ii. Minori. nu. xxiii. d. l. ſi lanæ. l. q uniuerſas §. item ſi id qđ infra de acq. poſſ. cũ ſimil. rub. ff. de uſufr. ea. re. uer. conſumunt. fac. inſtit. de ſatiſd. tut. vbi glo.

l l. lex quæ tutores ad fin. C. de admini. tuto. rub. ff. de uſufr. ea. re. uer. minuuntur fac. Inſtit. de ſatiſd. tut. in prin. ubi glo.

m Doc. l. i. C. de uſufr. l. i. uſuf. quemad. caue.

n l. ſi tibi uini d. tit. de uſufr. ea. re.

redum rationibus [a] Nam & ueſtem ſine culpa fructuarii attritam hæres recipit, & uaſa uſu comminuta, [a] quicqd Accurſius uerba legis reſtringat: [b] & alii contra putent. [c] quaſi non ſit in commodatario quoque hoc idem receptum. [d] Tudiſcus [e] autem cum tria bonorum genera feciſſet, quod ſecundo poſui loco miſſum fecit inſubtiliter meo quidem iudicio. Nec tamẽ eum pœnitet ſuæ & ſi imꝑfectæ (ſi aliquid uideo) animaduerſionis. Subiicit enim ſe mirari, ꝙ nouus appellationis eius Pontifex Gregorius homo peritiſſimus iuris tertium genus à ſe nunc inuectũ prætermiſerit [f] duobus explicatis: Itemq; Senenſis Federicus [g] hac in re ſubſtiterit, nec aliquid certi ab Ioanne Pallacenſi quem conſulebat, reportarit. Sed mihi magis mirum uidetur non conſideraſſe eum: unde Ioanni & Federico (nihil enim de Gregorio dicam, quippe qui nihil de uero limitauit, tametſi non ſit quò poterat, uſque progreſſus) tenebræ ſint obortæ. Sciendum igitur eſt de his ediſſerentem Iuſtinianum libro Inſtitutionum ſecũdo in earum quæ uſu conficiuntur, rerum numero etiam ueſtimenta repoſuiſſe: [h] cum tamen aliud non ſemel Vlpianus approbaſſet. [i] Vnde Azo Paratitlorum libris [k] diſſoluendi huius nodi gratia de indumentis aliquo tenui filo contextis Iuſtinianum loqui autumat, quæ ueriſimile ſit breui attritum iri, quales ſericæ ueſtes: at Vlpianum de iis quæ textura craſſiore prædita queunt in tẽpus longinquum ſupereſſe, qualia ſunt pannea Græcorũ pallia. Hoc ego non exploderem ſi ueſtem aliquam reperire eſſet, quã æquè corpori inductam ſequeretur extinctio, atque oleũ, uinum, abuſu ipſo deperit. ſed ueſtis atteritur uſu, & attrita inuito (ut dixi) proprietario reddi poteſt. [l] uolenti ẽt debet ob mutationem formæ perempto uſufructu. [m] Accurſius in rei huius interpretatione multus eſt, quippe qui nunc in magiſtri ſententiam pedibus it, [n] modò Vlpianũ de ſcenico apparatu duntaxat exaudit, [o] quod commentum legis uerba palam refellunt, [p] quæ generaliter concepta ſunt, niſi cum de locanda, aut commodanda ueſte agitur, propterea ꝙ certæ ueſtes ad pompas commodari, aut locari ſolent: nunc exiſtimat [q] Vlpiani illud habere locũ poſtquam fuerit præſtita ſatiſdatio. Quod Angelus quoque probat. [r] Verum hoc eleganter ab Iaſone confutatũ eſt. [s] Poſtquam enim fuerit ſatiſdatum, rei dominiũ tranſfunditur in legatarium, cui præfiniendum non uidetur quatenus utatur re ſua. [t] Vnde ſuperfluò de iudicis qui eſt uir ille bonus, [u] arbitrio legiſlator ageret. Quid? quòd idem eſſet cum legato quantitatis hoc ueſtimentorum ipſo reclamante Vlpiano? Iaſon ergo has leges diſtinctionis fœdere conciliat. [x] Aut enim uſusfructus inquit ueſtimentorum non uti quantitatis relinquitur, quod eſt, cum teſta

a d.l.i.uſufru.quemad.caue.

a l.ſi uſufructus mihi reſp.pen. l.ſi.d.tit.vſusfru. quemad. Abb. Card.Flor.Imol.c.fin. de pigno.

b glo.d.l.ſi.

c Pet.Ancha.Ant. Butr.d.c.ſi. Alex.con.lviii.nu.vii.lib.iii.

d l.eum qui.l.ult. ff. commod.

e Abb.d.c.ſi.col.ii. de pigno.

f d.c.fin.

g Conſi.xlvi.

h §.conſtituitur inſtit. de uſuf.

i l.ſed & ſi quid §. ſed & ſi ueſtimentorum.ff.de uſufr. & d. reſp. pen.

k In ſum.C.de uſufr.col. ii. in ſum.ff.de uſuf.ea.re. Alex. d.conſ. lviii.col.ii.uer. ꝑ illis uerc. uer. ueſtes tempo.lib.iii.

l d.reſp.pen.

m Arg.l.quid tamen §. proinde.ff.quib.mod.uſufr.amit. l. mulieris §.i.ff.de uerb.ſignifi.

n glo.d. §. conſtituetur.

o glo.d.reſp.pen.

p d.§.ſed & ſi ueſtimentorum.

q glo.d. §. ſed & ſi ueſtimentorum.

r In d.§.conſtituitur.

s In addit.ad Porc.d.§.conſtituitur.col.iii.ad glo.uer. ueſtimẽtorum.

t l.in re mandata.C. mandati.

u l.uir bonus.ff.iud.ſol.

x Vbi, ſ.

tor cauet nominatim legari à ſe ueſtes álio quàm pecunia ſoleat,modo(ſic explicat Alciatus libro Pareργων ſeptimo,qui Iaſoné poſſet uideri interpretatus , niſi alios fugiſſe húc ſenſum ad Vlpiani uerba diceret)& acqeſcendú eſt Vlpiano,aut cõtrà uelut pecunia legaſ,& Iuſtinianus dét intelligi ſic,ut hoc definiat.Qđ accipimus,ubi teſtator ueſtẽ ſimpliciter legat.Interpretaſ .n. Iuſtinianus dari æſtimatá códitione,ut tráſacto uſufructu pretiú reſtituaſ . ſed ſi in teſtaméto fuerit expreſſim cautú,ut ne in ueſte aliud obſeruaſ,quá eſt in pecunia & ſimilibus obſeruandú,iam uacat legis ꝓuiſio.[y] Nec hoc eſt dubiú cuiꝗ.At legata ueſte ſimpliciter,opinor ego,uideri nõ ſicut quátitaté legatá eſſe,nec unꝗ ad ſimilitudinem relictæ quantitatis hoc legatum ueſtis redigi debere,niſi teſtator exprimat ſe quemadmodú ſumma conſueuit,legare ueſtimenta.Quid enim habet commune ueſtis cum nummo? Atteritur ueſtis , attrita redditur.Numum extinguimus dum eo utimur,nec inde ſupereſt, quod tardi queat retrò . Qúid ergò cú ſint hæc diſſimilia eodem iure cenſentur? [z] Nec probabiliter contendimus,ne intertrimenti damnum hæres ſubeat,cú mulier quoque ueſtes doti dictas deteriores recipiat.[a] Id enim fert natura rei.Et ueſtis enim paratur in hoc ut induamus eam,ac deteramus.[b] Nec támen quiſquam ueſtimentum iis annumerauerit , quæ abuſu ipſo depereunt, dumꝗ utimur,deſinunt eſſe, cum hoc uel detritú uſu uæneat,[c] tú in ſe uſumfructum, & proprietaté ſeparatim admittat,illa neutrum queant agnoſcere.Quod alibi [d] Ioannes huius nominis alter à uigeſimo Pontifex acutiſſimè ſimul,& copioſiſſimè declarat,negans Eccleſiæ Romanæ talium quæ uſu conſumuntur, dominium eſſe poſſe,quam alioqui dominium habere conſtat, utenſilium,librorum, ueſtimentorum , rerum denique omnium iure lignipedú ſodalitati relictarum,idcirco, quia ouo, pane, caſeo dum utimur,euaneſcit ſubſtantia, nec uſusfructus à proprietate aut re,aut cogitatione recipit ſeparationem.Cum enim idem temporis puncto teneat, fruatur, abſumat , nec medium carere poſſit extremis,nullaꝗ perſonarum diuerſitas intercedat,uſufructui locus eſſe non poteſt,re ſua nemini ſeruiente, [e] nec ſalua manète ſubſtantia, [f] item non poteſt locus dominio alterius eſſe una exiſtente perſona dútaxat quæ totum facit,& illico re euaneſcente. [g] Quæ omnia cum pateant ad ſenſum,quid uerbis opus eſt? [h] De Iuſtiniano auté facillimè quis mihi perſuaſerit eum ab Vlpiano diuerſum non abiiſſe . Quis enim adduci queat, ut credat uocula tantam legum ſtragem editam ab eo,qui ſe rè cum aliquid emendat,copioſiora niuibus hybernis uerba funditat? [i] Et (ut dicam quod ſentio) cum Iuſtinianus uino,oleo,frumento ueſtimenta ſubiicit,hoc agit,ut oſtendat

y l.& habet.§. cú quis infra de preca.l.fin.ubi glo.C. de pac.cõ.

z l.inter ſtipulantem.§. ſacram uerſ.ſed hæc diſſimilia.ff.de ꝟb. oblig.l.naturaliter.§. nihil commune ubi Alexá.col.ii.ff. de acq. poſſ.

a l.plærunque in fin.l. ſeq.ff.de iur.dot.

b Arg.l.arboribus.§ . nauis. ff. de uſuf.l.utique in fin. de re.uéd.

c l. lex quæ tutores reſp . pen. C.de admi.tuto.

d In extrauag . ad conditórem in prin.& § . ꝙ autem ad res cum §. ſancimus uer . ueſtimentis de uer.ſignifi.

e l.in re cõl.ff.de ſuit.urb. ꝓd.

f l.i.ff.de uſufru. Inſt.eo.in ꝓn.

g l.ult.in fin.C.de bo. que lib.

h Iaſ.l.ii.§. ſi liber not.v. ff. de condit.ob cau.

i l.antiquitas ubi glo.& Bal.C. de uſuf. Ang.& Iaſ.l. quoties col. v.in prin.C.de hæred.Inſti.Bal. nouell.tracta.dot. par. vii. ꝓuil. i.col.iiii.uerſ. nec etiam eſt cred.

dat etiam ſe loqui de iis,quæ minuũtur uſu,licet ſupra tã-tummodo uerbum conſumptionis uſurpauerit,in quibus perinde atque in iis quæ tolluntur uſu negat uſumfructũ conſiſtere.tum repugnante natura quoniam tantum de iure in corpore decedat neceſſe eſt,quantum uſus de corpore deterit: [a] tum aduerſante ciuili ratione, quia talibus haud congruit uſusfructus definitio, [b] licet Accurſius [c] ſit aliter ratiocinatus:qui quidem rationũ unam à lege cõmodius,quàm à natura petiiſſet: altera ideo nequit huc attinere,quia lex anteuertens ei potius ortum dedit. [d] Tráſlatio enim dominii,eſt introducta,cum iam appareret huiuſmodi res uſusfructus deſcriptione haudquaquam cõcludi nec aliquid moliri cõtra naturæ uetita lex auderet. [e] Vnde inter legem latam de recto uſufructu, & factum de quaſi uſufructu ſenatuſconſultum interiectis temporibus,cum teſtator alicui bonorum ſuorum uſumfructum legaſſet,cellis uinariis,& oleariis plenis relictis, nihil inde ad fructuarium pertinebat. Vſus enim legatus fuerat, non abuſus, ut inquit Cicero in Topicis. Quæ exceptio poſt introductum ſenatuſconſulto remedium cautionis, penitus ſublata eſt. Quare potior ratio eſt à non cõpetẽte his rebus uſu conſumptibilibus definitione. Quod autem Iuſtinianus ſubiungit ibidem de pecunia cæteriſq́ rebus ſatis acceptò transferendis, ad ueſtimenta protẽdi nõ debet [f] tanquam diſſimilia, ſecundum quod ante probatum eſt: quorum & ſi ꝓpriè non eſt uſusfructus ob deminutionẽ ſubſtantiæ(ut dixi) uelut tamen uſumfructum licet non ſicut quantitatis, ut tranſlatione ſit opus, ueteres induxerunt, [g] quibus fuiſſe malè amicũ Iuſtinianũ haudquaquam putandum eſt. Nemo uerò mirabitur in hac re Iuſtinianum tam parcum fuiſſe, qui cogitabit plus imbecillitati adoleſcentium,quam iuris apicibus indultũ oportuiſſe,& humi fuiſſe in talium cauſſa ſerpendum, ne rerum uarietate,& ſubtilitate argumentorum intromiſſa eos à iuris ſcientia redderet alienos,& quodam modo ingreſſu arceret. [h] Quod ſanè non habet in Gregorio locum. [i] Nec ſanus aliquis ex índice [k] calumniam adſtruet cuiquam in ea re,cuius doctrina latior è fontibus ipſis hauriẽda eſt. [l] Proinde tantum meminit æſtimationis, cum tamen integrum ſit legatario cauere res eiuſdem qualitatis reſtitutũ iri,& inæſtimata quæ ſibi legata ſunt,accipere. [m] Quod Alciatus quoque cenſuit, [n] licet aliter Baldo ſit uiſum. [o] Senſit is Celſum ꝑ uerbo,commodius,iniecto eripuiſſe legatario alternãdi facultatem. Sed quæ hæc inconſtantia? [p] [q] Fuerit igitur ſuadentis illum,non cõſtituentis,aut priora corrigentis.Et ſanè eſt procliuius, ut ſuboriãtur in reddendis eiuſdem qualitatis rebus liticulæ, quam ſi de pecunia tractetur. [r] Quò ſit ut legiſlator nos uoluerit iuuare

a l.ii.ff.de uſuf.inſtit.eo. in ꝑn.
b Arg. l. i. §.i. de do. ubi Bar. Porc.inſtit.de uſuf.in prin.
c glo.d.§.conſtituitur uer.naturali uer. ciuili.
d l.ii.uerſ.quo ſenatus cõſ. &c. ſed remedio intro.&c.ff. de uſuf. ea. re.
e d.l.ii.ubi Bal. d.§. conſtituit in fin.
f Arg. c. ſedes apo. de reſcrip. Bar.l.quæſitum num.ii.ff.ſi quis cautio.Alex.conſ.xxxiiii. nu. iiii. lib.i.Alb.in dictiona.uer.cætera his uerſ.& debet intelli.
g d. §. ſed & ſi ueſtimentorum d.reſp.pe.facit d.§. ſancimus uer. ueſtimentis ubi ſacerdos utitur Ro.Ecc.eſt domina.
h §.is igitur inſtit.de iuſt.& iu. §.ſed non uſque ad eum uerſ. ſed ne in primis,inſtit.de leg.l.ii. §. ſed cum perſpeximus. C. de uet. iur. enucl.
i In d. c. fi.
k Arg.Inſtit.de publ.iud.in fi. Alciat.lib.iiii.de uer.ſign. ad fin.
l Arg.l.nõ omnis.ff.ſi cer.pet.
m d.l. ſi tibi uini Alex.conſil. cxx. quia oportu. uerſ. erat ergo in facultate &c.lib.vi.
n d.lib.vii. parerg.
o In l. hac editali §. his illud col.ii.uerſ.ex quo nota. C. de ſecun. nup.
p d.l. ſi tibi uini.
q l.non ad ea. ff. de condit. & demon.
r Arg.l.i. de contrahen. empt & l.nummis de in lit. iur.

conſilio. Quod non eſt infrequens. [s] Plus admittit idem Alciatus, ut mulier quæ principio cauerit æſtimationem ſe reddituram, nihilominus uſufructu expleto poſſit eiuſdem qualitatis res reſtituere [t] aliquod fortè lucrum inde factura. ſed ego mulierem audiendam non eſſe arbitror, [u] etiã ſi ad hæredem compendium redundaret. [x] Idem ſi uelit eas res ipſas reddere, quas acceperat, ꝙ illis caſu non fuerit uſa, nihiloq; ſint deteriores, ut nec id ei liceat, [y] & ſi aliud ſedet Alciato. Minus conceſſerim, [z] ut partim rem partim eſtimationem ſoluat, ſiue pro rebus amiſſis uel retentis pecuniam dare uelit, ſiue precio detrimentum imminutæ bonitatis earundem retro tradendarum reſarcire, quanuis Alciatus hic quoque contra putet. [a] ſed & ſi de reddendis rebus eiuſdem qualitatis conueneri, adhuc dico [b] non poſſe hæredem dimitti pecunia. ſi tamen alternatim fuerit concepta ſtipulatio, aut res, aut pecuniã reddi, rectè uel precium, uel eiuſdem generis res, ſibi ue tradi tas inoffenſa tamen bonitate priſtina reddet. [c] Vt autem tum rebus tum numis hæredi faciat ſatis, neque hic opinor debere eam audiri. [d] Scribit etiã Iuſtinianus, ſi fructuarius obierit, aut capite ſit minutus uſumfructum perire, quaſi alia de cauſſa nõ amittatur: Ego adhuc in ueſtimentis, & cæteris ornatibus ex ueterum regulis ſi transfigurentur, uel diſſoluantur amitti uſumfructum crediderim. [e] Vnde in confeſſo eſt Iuſtinianum hæc ipſa uix primoribus (ut aiunt) labris attigiſſe. Quo circa uerbum illud ueſtimenta eſt diligentiſſimè aſſeruandum, nequando emanet, aliisq; legibus cladem aliquam importet. Nec illud omittendum, ꝙ proponitur in Pandectis de uſufructu rerum quæ uſu conſumuntur uel minuuntur: Vlpianusq; ait ſenatum cenſuiſſe, ut omnium quæ cuiuſq; in patrimonio eſſent rerum, legari queat uſusfructus, ideo earũ quoque rerum, quæ uſu tolluntur, aut minuuntur: [f] tamen nullum omnino uerbum de iis quas uſu minuimus, deinde in aliqua tractatus parte factum eſt. Vnde apparet ſatiſdationem qua de in eo tractatu agitur, nequaquã ad res quas uſus minuit, pertinere. Ergò non dubium eſt, quin ſit uera opinio, ut in hoc quarto genere bonorum habeat cauere mulier, qđ inde extabit ſe reſtituturã ſecũdũ traditã ad Vlpiano ſtipulationis formã. [g] Quæ quidẽ ſtipulatio cum interponi de rebus quoque mobilibus debeat, ſatius eſt interpretari de omnibus interponendam, de quibus nihil à ſenatu nominatim prouiſum eſt, ne pars aliqua huiuſmodi rerum controuerſo iuri deſtituta uideatur. Proinde illud, [h] qđ inde extabit, reſtitui, haud ſcio, an nulli potius, quàm generi huic quarto bonorum conueniat. Quod Tudiſcus probat: [i] nec iniuria, cum immobilia haud facilè non extẽt, [k] & quæ ſunt eorum æmula mobilia

s l. pacto. de trãſac. l. iſ q deſti. ſ de re. uen. d. l. i. §. rectè autem uſufr. quemad. caue.

t Arg. d. l. ſi tibi uini.

u Arg. l. ſi mulier. §. fin. ff. quod met. cau. d. l. ſi tibi uini d. §. conſtituitur. d. c. fi. de pig. Alexan. d. conſ. cxx. col. ii. uerſ. nec ob. d. l. ſi tibi uini &c.

x Arg. l. fi. de uſu & habi. cum ſimil.

y Arg. d. §. fi. d. l. ſi tibi uini d. §. conſtituit. d. c. fi. Alexan. d. c. nec obſtat.

z Arg. ſ. alleg. & Bal. in. l. quoties uerſ. tu conſidera. C. de iur. dot. Bar. conſ. cxxiii. num. iiii.

a Arg. Inſtit. quib. mod. re contrahi. oblig.

b Arg. d. §. fi. cum aliis. ſ. alleg. fac. l. græce. §. ſi quis ſtichum. ff. de fideiuſ. glo. l. ſi ita fideiuſſorẽ accepero. ff. eod.

c Arg. d. prin. inſtit. quib. mo. re contrahi. oblig. glo. l. ii. in pn. ff. ſi cer. pet.

d l. hoc legatum de leg. iii. Soc. rub. de uer. oblig. col. ii. & l. ii. facit Iaſ. l. in executione not. iii. de uer. oblig.

e l. quid tamen. §. proinde qb. mo. uſufr. amit. d. reſp. pen. l. pen. uſufr. quemad. caue. d. l. mulieris §. i. de uerb. ſignifi.

f d. rub. de uſufr. ea. re. & l. i. de uſufr. leg.

g d. l. i. uſufr. quemad. caue.

h d. l. i. uſufr. quemad. caue.

i Abb. d. c. fi. de pigno.

k Bar. l. ſi æſtimatis opp. i. ff. ſol. mat.

mobilia, [a] licet hæc omnia temporis cauſſa poſſint deli teſcere, [b] unde interim ueniunt appellatione non extantiũ, [c] reliqua autem quatenus utimur, ex oculis illicò euaneſcant. Sed plura, q̃ ſtatueram. Datum Ferrariæ Calendis Martiis An. M D X L V I.

a d.l.tutores.C.de admi.tuto.
b Arg.l.ſi rem mobilem d.l.q uniuerſas.§. item ꝙ mobile. & §. item ꝙ à mari l. peregre. de acq. poſſ. l. cum unus in fin. infra de bo.auc.iud.poſ.
c d.l. cum unus in fin.

FEDERICI SCOTICO MITIS ET IVRISCONSVLTI

Placetini, Tyrocinium Ferrariæ ſeptimo idus Iulias Anno Quadrageſimo ſexto, ſupra millesimum quingenteſimũ, P.S. quinto autem & uigeſimo ætatis factum.

PRAESCRIPTVM COLLEGII LAtinè redditum nullo nec addito, nec detracto.

IN CONSPECTV veſtro poſitus religioſiſſime Antiſtes, Interrex digniſſime, patres omnium in toto orbe terrarum præſtantiſſimi, locos heri veſperi ad interpretandũ mihi annotatos ſic explicabo, ut iuris pontificii locum prius attingam. Is enim quoniam longè præſtat, cõgruentius exordium dabit. [d] In eo autem exponendo primum rubricam, cui ſubiicitur locus ille, annectam ſuperioribus. Deinde formabo nonnullas quæſtiones, quas quoniã uetus interpres Gofredus exequitur in ſumma, locum unde peti queant, indicaſſe contentus ero, ſicut moris eſt Tyrocinium apud uos conſultiſſimi patres facientium. Tertio autem loco ad epiſtolam Decretalem ueniam, quæ interpretanda mihi ſorte obtigit. Hanc ego conferam ad cõpendium, in partes diſtribuam, ad eam ſpeciẽ ſeu caſum (quemadmodum uocant omnes) affingam ſubiectis rationibus dubitandi ſimul, & decidendi: Itẽꝙ literam (ut loquimur uulgò) legam: poſt excerpam notatu digna: mox explicationi gloſſarum manus admouebo: quas explanabo diuidens, quærens, opponens, ut mihi fuerit opportunius uiſum. Hoc loco iuuante Deo ſic enucleato aggrediar locum iuris Cæſarei non ſeruaturus ordinem alium, q̃ ſuperiorem. Mouebo autem quæſtiones Azonis pro Go-

d c.antiqua de priuil. l.i. & ii. ff.de alb. ſcrib.

fredi quæſtionibus, & ne ad eũ in ſumma referam. His omnibus ita Chriſto ferẽte opẽ excuſſis ad excellẽtes Iuriſconſultos, q in me argumẽtorũ ſpicula ſunt cõtorturi. me cõuertã, & quantulũ cũque uires meæ ferẽt, id pugnabo, ut eorũ conatus ad irritũ re cidant. Reliquum eſt ampliſſimi patres, ut meam examen ueſtrũ ſubituri rigidum illud, quidem ac pertimeſcendum, ſed ta- men & pium, exiſtimationem commendatam habeatis. Qua in re uobis preces funderem, niſi uererer, ne ſuſpicaremini me hmanitati & clementiæ ueſtræ diffideret.

A Pplicat̃ ergò ad p̃cedentes hæc rubrica ex Gofr. ſñtia hòc pa- cto: Quia rei ad iudicia uocati ſæpe obiiciunt fori p̃ſcriptionẽ, ideoq; ambiguũ relinquitur qđ forũ deinde ſequi oporteat exci pientes, meritò iudiciorum tractatui ſupponitur titulus de fo- ro competenti. Abbas uerò connectit aliter: Tractaturus autor de ſingulis partibus, & actibus iudiciariis, quoniam ante om- nia de fori competentia, tanquam de fundamento agendum eſt: [e] idcircò præponit hanc rubricam. Neque enim niſi iacta ſint fundamẽta, ſupſtruit̃. [f] Quid aũt ſit forũ, & quotuplex, tũ quali ter illud ſortiamur, ad Gofredũ in ſumma huius tituli uos rele- go. De Iſidori autem mali autoris, teſte Valla, Sabellico, & Al- ciato, ineptiis quas retulerunt in corpus iuris Pontificii, [g] alius erit dicendi locus. Illud tantum dicam in preſentia Azoni uer- bum forus pro cauſarũ & litium auditorio fuiſſe incognitum. Quod palàm oſtendit in ſumma codicis de iurisdictione om- nium iudicium. Qui tamen & ipſe ridicula commentus eſt in hoc uerbo, forum deducendo. Sed hæc alias, licet autem fue- rit Azo multis poſt Iſidorum ſæculis, tamen obiit, antequam ederentur Decretales epiſtolæ. Quo fit, ut carpendus à nemine ſit quaſi legis immemor. Nam quæ ex Decretalibus epiſtolis apud eum citantur in tractatu de teſtibus uel alius aſſuit, uel ex cerpſit Azo ex iis quæ extabant ante Gregorii tempora, & rela tã Iſidori in iuris corpus autoritatem. At Decretũ legit, unde quædam interdum adducit. Nam fuit eo Gratianus antiquior.

e c. inter monaſterium de re. iud. c. antep. de excep.
f prima q. i. cum paulus. Val. in eleg. Sab. in Ennead. Alc. de quinque ped. p̃ſcr.
g d. c. forus de uer. ſigni.

VENIO ad epiſtolam Decretalẽ heſterno die mihi aſſigna- tam. Quod clericis & infra. Hæc Decretalis intellectu Gloſſula- rii in compendium redigitur hoc modo: Vbi Eccleſia profanã iuriſdictionem exercet, controuerſiæ clericorum debent ſecun dum iura Pontificum decidi, Abbas ita contrahit: Clericorum lites ſecundum leges terminantur, non autem ex Laicorum con ſuetudine.

DIVIditur autem in duas partes: habet prior conciſam ſcho laſticorum querimoniam, poſterior mandatum. hæc ibi, man- damus.

SPECIES uerò formari ſic poteſt. Apud Romanum Ponti ficẽ quidem Scholaſtici pariſienſes per literas queſti ſunt, quem admodum reiiciebantur a iudicibus ſuæ allegationes, ſi quando litigantes aliquid ex iure Pontificio adduxiſſent: & conſuetudi- ni regionis congruentes ferebãtur ſententiæ. Mandat igit̃ Põ-

tifex

tifex maximus, ut deinceps taliũ ſiue petant, ſiue pulſent, cauſſæ ex Pontificum libris decidantur.

CAETERV Muidebatur clericum agentem ſequi debere eius forum, quem pulſaret. Nam perſpicuum eſt actorem rei forum ſequi conſueuiſſe:[a] ideoq; & ipſius leges.[b] cumq; diſſidet à lege ciuili Pontificia, nec ſubeſt ulla peccati ſuſpitio, utraque ſuo in foro obſeruanda eſt.[c] Attamen oppoſitum ſedit Pontifici, eò quòd Epiſcopus Pariſienſis uice comitis eſt amplius, confluuntq; clerici, laiciq; una ad eum: vnde ſemper cenſeri poſſunt apud Eccleſiaſticum iudicem litigare. Res igitur Pontificum legibus terminanda eſt. Debetq; in gratiam clericorum dignior qualitas alterius (ut ita dicam) luminibus obſtruere:[d] cum tamen alias duæ qualitates in eodem homine ſeparatim cenſeantur.[e] Et ut ſit aſſertio lubrica de Pariſienſi epiſcopo, quod uicē quoque comitis obtineat, dixerim hoc indultum ſcholaſticis Pariſienſibus aduerſum regulas communes Pontificis munificentia. ſed quoniam ea interpretatio capienda eſt, ut à lege parcius quam fieri poſſit, canon abeat diuerſus,[f] arbitror caput hoc Lutetianos ſolummodò tenere, quicquid alii ſentiant. Tum etiam, ne illa expreſſio clerici Pariſiis commorantes nihil inferat.[g] Hic autem de litium deciſione agitur, ut nihil officiat, quod alibi traditum eſt, Pontificem iudiciorum fori ciuilis ordinem tollere non poſſe.[h] ſed plura quam temporis exiguitas ad commentanda hæc dati, & ſcrupuloſitas argumenti patiantur.

a c.p̄ced.l. fi. C. ubi in rē actio.

b xi.q.i.c. experiētiæ c.acceſſo. de reg.iur.in vi.

c glo.c.ii.de arbit. in vi.c.ii.de reg.iur. eo. lib.

d l.i.de uer.ſign.glo.l.ſi ita ſcriptum de leg.ii.facit Bar.l. cum ſenat.nu.iiii.de re. dub.

e l.ſi Conſul.de adoptio.Bal.l. i.iii.opp.C. de ſer.fugit.

f c.i.de op.no.nunc.l.uni.C.de inoff.dot.

g l.ſi quando.ff. de leg.i.

h glo. clem. diſpendioſam de iud.Bar.l.receptitia. C. de conſtit.pec.

L E go literam. Quod clericis & infra. Mandamus quatenus ſi quas cauſſas pecuniarias clerici Pariſiis commorātes habuerint contra aliquos, uel aliqui contra eos, ipſas iure canonico decidatis.

P R I Mum notatu dignum iuncto themate ad textum, conſuetudinem ciuitatis generalem non afficere clericos apud ſuos Pontifices litem perſequentes.[i]

A L T E R um, clericos apud exteros commorantes ne pecuniariis quidem in cauſſis iudici profano ſubiici, ſed epiſcopo loci, quamuis ſtudiorum cauſſa peregre agant. De qua re alibi.[k]

T E R Tium, ex mora quæ fiat alicubi contrahi quaſi domicilium, ut conueniri unuſquiſque poſſit ante competētes tribunal. Sed de hoc, loco ſuo.[l]

B E R Nardus obiectioni tacitæ reſpondet. Ait Pōtifex, ſi contra aliquos clerici agant, cauſſam iuxtà canones definiendam. ſed uideretur oppoſitum, propterea q actor &c. cumq; diſſidet à lege &c. Reſpodet Gloſſographus ſpeciale eſſe, Lutetiæ ut ſeruet hoc caput ob antiſtitis Lutetiani duplicem perſonam. Qua de re ſupra dictum eſt.

H A B E T rubicæ huius gloſſa duas partes, quarum in

i Cōcord.c. eccleſia Sancte M. de conſtit.ubi Doc.

k Doc.c.ſi diligenti infra eo.

l Doc.c.fin.infra eo.

priore Accurſius tadit ad ſuperiores continuationem, in poſteriore declarat uerba rubricæ. Hæc ibi, His ergò uerbis. Redeo ad priorem. Dictum eſt inquit Accurſius, ſupra de in rem actionibus, & aliis quæ illarum exemplo inſtituuntur: ſupereſt, ut uideamus de perſonalibus à contractibus ipſis proficiſcentibus. Vnde inſcribitur de rebus creditis, quæ uerba nemo ignorat eſſe generalia. [m] Cum autem inter perſonales actiones ei, quæ oritur ex mutuo, principatus detur, ob ſingularia quædam circa eam præcepta, [n] meritò ſubiicitur illud ſi certum petatur, id eſt mutuum. Sed quoniam datur ad mutuum certi condictio ſpecialis, ad cetæra uero credita generalis, [o] iure additur de certi condictione. Nónulli tamen putauerunt certi condictionem unam eſſe, quæ generalis eſſet. Abſoluimus priorem gloſſæ partem, & Accurſianam continuationem. Quæ quia periclitatur, ut uidere eſt apud Decium, erit alia tutior à Caſtrenſe tradita. Sunt abſolutæ partes duæ Pandectarum è ſeptem. De tertia igitur, & reliquis deinceps uidendum eſt. [p] Reſtat explicanda pars gloſſæ poſterior. Ideo ait Scholiaſtes de rebus creditis inſcriptum eſt, ut non tantum de mutuo, ſed & de reliquis contractibus, quos rei creditæ appellatio côprændit, agi infra, [q] doceamur. Adiicit idem Accurſius certú pro mutuo poſitum ſtrictiſſima ſignificatione, ſicut apud Iuſtinianú quarto libro Codicis. Poſtremò ſenſiſſe quoſdá ſcribit hæc uerba, ſi certú petatur, eſſe nomé actionis. [r]

m l.i.infra eo.

n l.ſingularia infra eo.

o l.certi condictio in prin. infra.eo.

p l.ii.C.de uet.iur.enucl.

q l.i.l.ii.in fi.l.iiii.§.res.§.ea.l. qͥ te l. certum l. nam & ſi l. certi condictio cum ſimil. infra eo.

r Arg.l.i. infra de côdic.tritic.

QVAERO uerbum credendi quale ſit, qualis rei appellatio, quotuplex mutuum. De quibus ad Azonem in ſumma tituli comparis ad codicem uos reicio.

NVNC accipio legem heſterna luce mihi attributam, Qui pecuniam. Sic hæc lex confertur in pauca: Qui promiſit ſpe numerationis futuræ, poteſt non accipere, nec tenebitur.

DIVIſionem textus hic nullam recipit, quoniam unius clauſulæ eſt. [s]

s Doc.rub.de op. no. nunc.

TALE autem eſt thema: Amicus quidam meus ad manú pecuniam non habens, cum mutuò centum ab eo rogauiſſem, promiſit intra biduum ſe mihi petitam quantitatem daturum: cui ego fidem habens ſpopondi me tantundem pecuniæ repræſentaturum eidem intra calendas puta ſextas. Nunquid eo cum pecunia reuerſo poſſim non accipere, & huiuſmodi nomen deuitare? Paulus ait poſſe.

AT uideretur aliud dicendum fuiſſe, cum pœnitentiæ locus non ſit in contractibus nominatis. [t] Nec dubiú quin ſit ex illis contractus hic, quo de agimus. [u] Deinde qͥ creditor inuitus numerat, ſi urgeat debitor, ut pleriſque uiſum eſt. Vnde & idem obſeruandum in debitore, ut cogatur accipere pecuniam, ne claudicet reciprocatio. [x] ſuſtinetur

t l.ſicut.C.de actio. & oblig.l. in cômodatum §. ſicut infra cômodati.

u Doc.l.iuriſgen. in prin. ff.de pact.

x l.ſi.C.de.ind.uid.toll.

netur tamē Pauliana deciſio, quia hic cōtractus erat ineūdus, non autem initus, ut iure poſſit alterū pœnitere. Vtq̧ uerum ſit creditorem numerare cogi pecuniam, de quo aut pauci ambigunt, non eſt par eius cum debitore ratio Illius ſponſio pura eſt, huius autem conditionalis ſi pecuniam acceperit. At nihil ponit conditio. [a] Vnde ei debet eſſe integrum, ne accipiat. Huc accedit quòd accepturus tenetur facere. Nemo autem præcisè ad factum compellitur, [b] ſed liberatur eius quod intereſt ſolutione. [c] Hic tamen quia nihil intereſt creditoris, ratio non eſt, cur præſtare quicquam debitor teneať. Porro extremum hoc argumentum facit etiam cum illis, qui creditorem ad pecuniæ numerationem cogi negant.

LEGO literam, Paulus libro quinto ad Plautium, Qui pecuniam inquit creditam accepturus, ſpopondit creditori futuro, in poteſtate hēt, ne accipiendo ſe ei obſtringat.

PRIMum ſcitu dignum, in mutui cōtractu ineundo locum habere pœnitentiam à parte debitoris.

SECundum, non naſci obligationem, antequam numerētur pecunia, licet promiſſio aut confeſſio interuenerit, cū principaliter debitoris gratia mutuum contrahatur.

POSTremum, abſque uſuris perfici mutuum. Alias debitor cogeretur accipere, uel id quod intereſt, præſtare, quoniam creditoris intereſſet. Quinimo germana mutui natura uſuras aſpernatur. [d] Similiter & apud ueteres mutuū erat gratuitum. Vnde Plautinus adoleſcens.

SI mutuas non potero inquit, certum eſt ſumam fœnore.

Quod ſupra [e] luculenter ut omnia, declarat Alciatus.

HAEC gloſſa non admittit ſectionem. Tantum reſpondet Accurſius obiectioni tacitæ, & adducit locum, qui ſimilem recipit interpretationem. Ait Paulus accepturus in poteſtate habet, ne accipiendo &c. ſed quomodo accepturus poteſt non accipere? Nam ſi non acceperit, utique non fuit accepturus. Is demum eſt accepturus, qui deinde acceperit. Reſpondit Accurſius, accepturus id eſt habens accipiendi propoſitum, licet euentus deſit. Sic alibi mulierem interceſſuram debitorem ſuum delegaſſe lectum eſt, quæ poſt haud quaquā interceſſit. Vnde conſtitit donatio, aduerſus quam ceſſat Velleianum. Quod alioqui interceſſione factā ſoluiſſet delegationem. [f]

VLTIMum hoc ſcholium bipartitò diſtribuitur. continet pars una contrarii ſolutionem, at quæſtionem altera. Hæc ibi. ſed quid ſi. Reuertor ad primam. Lex ait, creditori futuro, item, ne ei ſe obſtringat. uidetur ergo neutrū alteri obſtrictum eſſe ante pecuniæ numerationem. ſed alibi Vlpianus [g] ſcribit pecuniam crediturum exceptione ſummoueri pecunia non ſoluta. Habet igitur actionem. Ergo hic debet. [h] Debet inquit Accurſius, ſed nō cū effectu

a l. ſi quis ſub condit. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta.

b l. ſtipulationes non diuiduntur infra de uerb. oblig.

c l. ſi quis ab alio §. fi. infra de re iud.

d glo. & Doc. hic probat l. principalibus & l. ſeq. infra eod. Alex. conſ. lxviii. nu. iiii. lib. vi. arg. l. rogaſti §. ſi tibi infra eod. l. ſi tibi decem millia in prin. ſ. de pact. c. conſuluit de uſu. & cōſ. iii. col. pe. ad fi. lib. ii.

e In rub.

f l. quamuis §. plane ſi mulier infra ad uell.

g l. iii. §. circa de doli excep.

h Inſtit. de act. in prin.

ante receptionem pecuniæ. Accepturus ergo in poteſtate habet, ne credito
ri accipiẽdo ſe obliget cum effectu. ſed Iaſoni uidetur hæc adiectio ſuper-
uacanea, cum ſimpliciter adhibitis teſtibus abſque ſcriptura poſſit hoc ne
gocium intelligi contractum. Vnde exceptioni locus non erit nulla actio
ne orta. Quod hic non excutio. Illud tãtum dixerim Iaſonẽ ſibi non con
i d. ſ. circa. ſtare, qui paulo poſt intelligit Vlpianum [i] dare exceptionem doli ſecuto
ſpem numerationis, cum teſtes affuerunt ſpõſioni nec interceſſit ſcriptura.
Cum effectu autem non debet, quia de pecunia non numerata, itẽq; de do-
lo excipit. Quod intelligendum diuerſis tamen caſibus, ut interpretes la-
tius hic explanant. Addũt & de in factum exceptione. ſed de his hactenus.
Aggredior ſecundam ſcholii partem. Quærit Accurſius: accepi pecuniam
k l. qui romæ ſub uſuris in annum, elapſis quattuor menſibus offero ſortem cum quadri
in prin. infra de meſtribus uſuris creditori, an iure contendam, ut recipiat? & negat. Præiu
uerb. oblig. dicium. n. creditori fieret in reliquo fœnore. Quod non eſt admittendũ. [k]

Eiuſdem pro inſignibus oratio.

CVM Ego præſtantiſſimi auditores totius ordinis huius ampliſſimi ſuf
fragio mitterer ad ſuſcipienda in conſpectu ueſtro inſignia, quæ ſolent con
ferri iis, qui in iure pontificio, & ciuili rudimenta apud hunc ipſum ordinẽ
poſuerunt, ita me parabam, ut omnem conſilii mei rationem uobis expo-
nerem. Verum duæ res penè de ſententia me depulerunt, negocii magnitu
do, contraq; exiguitas ingenii cum per ſe infirmi, tum inopis ab exercita-
tione dicendi. Vix enim ſemel in patria apud Ioannem Montanum ſupre-
mi ordinis antiſtitem illuſtriſſimum, quem honoris cauſſa nomino, cum
adeſſet ſtudioſorum multitudo meorumq; ciuium corona frequens, egi de
præfecto recentis Academiæ deligendo nec dum ſtudio iuris ex animi ſen
tentia maturus. Ad quod haud multo poſt ubi me contuliſſem, humanio-
ribus literis deinceps mihi ſuperſedendum putaui: & ſatis exiſtimaui fore
ſi generis eius libros obiter interuiſerem, ut & id agerem, quod agebam,
nec ideo tamen bene partum male dilabi ſinerem. Quod hominis amentiſ
ſimi fuiſſet. Tum animus ipſe non habuiſſet tantum roboris, ut tuto aſſi-
duus in difficillimos legum ſcopulos incurreret. Quare fuit interuẽtu Mu
ſarum nonnunquam relaxandus. Quod magis etiam probandum eſſe arbi
tror, quia inde hauſi multa ad iuris intelligentiam neceſſaria. Et aliena qui
dem ſtudia ſic colui, ut ad ius ciuile referre, quæ licebat, eaq; in primis cu-
rarem: quæ uerò nihil attinebant, leui (ut aiunt) brachio tractarem. Cum
igitur oratoria facultas parum adiuuaret, eius ſtudiũ remiſi: nullamq; ora
tionem nec confeci, nec pronuntiaui amplius, nihil in aſpectum, lucemq;
protuli. Quò fit, ut prius hæc bona ſint eruta, quam radices agere potue-
runt: Conſilii autem mei tam multiplex ac uaria eſt ratio, ut eam uerbis cõ
ſequi longè ſit mihi difficillimum. Tot denique, ac tantæ res ſua ſpontè oc-
currunt, ac ſeſe offerunt, de quibus agendum ſit mihi hoc tempore, ut ue-
rear, ne exilis, ac ieiunus appaream, ſi de his loqui homo nullius oratoriæ
facultatis perrexero. ſed tamẽ quoniam nihil dubito auditores candidiſſi
mi, quin frequentes nunc adſitis, quò mihi de hac re diſſerenti uacuas au-
res, benignumq; animum (quæ ueſtra eſt humanitas) præbeatis, dicam ut
potero, & ita dicam, ut malim eloquentiam, q̃ meum à uobis officium re-
quiri.

quiri. Multa autem prӕteribo, quia dies abit, urgentq́ temporis anguſtiӕ: deinde ꝙ de me ipſe loquor inuitus, quoniã fieri uix poteſt, quin aliquod uerbum excidat, in quod à parum candidis poſſit inuadi. Ac primum ego cum tempus moneret, ut deligerem quam uiuendi rationem ſequi uellem, ſi uitam ſilentio nollem tranſigere, tanquam adiecta quadrupes ad paſtum, & à re militari animus neſcio quo modo abhorreret, (quӕ tamen maioribus meis aliquid fortaſsè nominis attulit) literarum ſtudiis me totũ tradidi, & tm̃ operӕ conficiendis uerſibus, epiſtolis, idq́ genus leuioris doctrinӕ lucubratiũculis, hiſtoriiſq́ pnoſcẽdis, nec nõ in aſciſcẽda latinӕ linguӕ peritia, & uocum origine, uſu, ratione expendenda, obſeruandiſq́ collocationibus uerborũ, & ſacris autoribus excutiendis impendi, ut quãtum progreſſus feciſſem, nihil me pœniteret. Quod tamen non Marti ſed Mineruӕ à puero me cõſecrauerim, & amore literarum (fatebor enim) ſemper flagrauerim, Antonio Mario parenti meo optimo acceptum penè refero: cuius ego uideri poſſum eſſe ſimilior, ꝙ̃ fuit ille maiorum. Is enim nequaquam in poſtremis Philoſophiӕ affectatoribus fuit. Quod declarant habitӕ cum Dominicanis ſodalibus ſcholӕ. Natura igitur facilè potuit efficere, ut patri ſimilis eſſet filius, eumq́ imitaretur genere ſtudii, ac uitӕ. Nam prӕcepta quӕ magnam & ipſa uim habent, nulla ab homine prudẽtiſſimo ualui accipere: quibus accedente patrio affectu inflammarer ad uirtutem, propterea quòd migrauit è uita me adhuc intra cancellos infantiӕ conſtituto. Vnde Propertianum illud merito uſurpauerim, Lib. Eleg. iiii.

Oſſaq́ legiſti non illa ӕtate legenda

Patris. Veruntamen quod potuit; cumulatè prӕſtitit, exemplo ad imitandum relicto, & optima hӕreditate, omniq́ patrimonio pſtantiore gloria doctrinӕ, ac uirtutis. Et ut ſit ambiguum, utra prӕcellat gloria, bellicane, an literaria, de quo non habeo neceſſe hic dicere, cum nec de parẽtis & maiorum collatione uelim agere, nec ad me quicquam attineat hӕc contentio uirtutum, atque conflictio, qui non quod optimum (neque enim tãtum optioni meӕ tributum uelim) ſed quod eſt mihi accommodatiſſimũ, & quod me aſſecuturum ſperem, ſequor: quiq́ non tam, ut nobilitate materiӕ, & profectus magnitudine cӕteris prӕſtem, ſtudeo, ꝙ̃ ſatago, ne in re honeſta cui ſemel me dederim, relinquar extremus: certè prior illa paucis hominibus plurimorũ paratur malo. Hӕc eos quoque nobilitat, quos carpit, ac damnat. Hic & qui uincit, & qui uincitur nullius incõmodo, ſed omnium bono id facit. Nec ignorat quiſquam ſolere hanc ſuis cultoribus immortalitatem parere, qua non ſe tantum, ſed illos etiam ipſos duces alioquin contectos ac ſepultos ab obliuionis ſitu uendicant. Cum autem poſt uaria ſtudiorum genera iuris quoque ſcientiam attigiſſem, & mihi iam qua in diſciplina potiſſimum elaborarem, ſtatuendum eſſet, ne multa mouens nihil promouerem, ſtatui denique in eo genere literarum ӕtatem cõſumere, illudq́ principali ſtudio ſequi, quod reliquis antecelleret, quoq́ inſtructus & ornatus iis aliquãdo uſui eſſem, quibus me natũ eſſe intelligebam. Facilè autem cogitatione percepi iuris ſtudium cӕteris omnibus multò eſſe prӕſtabilius, ac fructuoſius, ut quod & hominum cõmoditatibus ubiq́ conſuleret, & propius ad diuinam rectionem accederet. Cuius prӕconia quӕ poſſit ingenii uis perſequi, & cogitatione ipſa complecti? Quӕ ueuſtas orationis ſplendidè pro dignitate argumenti tractare? Quӕ dicẽdi

exuberans facultas copioſè queat enarrare? Profectò neminem eſſe arbitror, cui tanto oneri par adſit eloquētia. Siquidem uidemus libros omnes huius ſcientiæ commendationibus refertos eſſe, in eaq́ extollenda uehementer cuiuſque generis autores occupatos: nec ideo minus dicenda ſuperaſſe quam plurima. Et ſanè optimo iure fit, ut hæc boni æquiq́ ars nunquam laudetur ſatis. Hic enim omnes emanant omnium utilitates, & inter homines mirifica æquabilitas: quod maximum eſt conſeruandæ ſocietatis humanæ uinculum. Nec mirū hoc uideri cuiquam debet: cū enim ex æterna lege principis illius Dei ſit expreſſa atque efficta lex noſtra (id quod & hominum prædicat conſenſus, & claris ſapientibusq́ uiris perſuaſum pluſrimis, ac certiſſimis de cauſſis uideo) eā imitetur neceſſe eſt, ut ſit uitæ dux, ac fons ſalutis, itemq́ præceptrix uirtutum, ac uitiorum expultrix. Nā procliues in uetitum damni ignominiæ uerberum, uinculorum, exilii, mortis denique metu compeſcit, a flagitiisq́ reuocat: ſponte autem ſua ad uirtutē tendentibus honorum atque præmiorum ſpem quaſi ſtimulos admouet. Huius autoritate & nutu miſſis diſceptationibus infinitis, & contentionū plenis, quibus utuntur Philoſophi inſtituimur refrenare libidines: domitam habere iracundiam, cæteras animi labes repellere: tueri noſtra, in aliena nec mentibus, nec oculis, nec manibus inuadere. o rem præclaram dignamq́ hominis præſtantia diſciplinam ius ciuile hoc noſtrum: cui alia ſi comparentur incondita, ac planè ridicula reperiant. Cuius ope uiget Romanum nomen ſparſum ac diſſeminatum in orbis terræ memoriam ſempiternam, ut nulla uis illud unquam ſit extinctura. Quod furēti Athaulpho, urbemq́ Romam excindere, populoq́ gentium ac nationum conſeruatori tenebras obducere molienti uxor Placidia facilè perſuaſit, adeoq́ animum regis immutauit, ut iam non euerſor Romanorum gloriæ (quod tamen fieri non poterat) ac domicilii (quod facilimum erat factu) ſed huius inſtaurator, illius fautor, & cultor haberi peroptauerit. Hoc iure ſtant noſtre ciuitates, & retinentur uincula non modo iudiciorum, ſed uitæ communis: quæ qui tentat labefactare ac reuellere, is omnium eſt hoſtis iudicandus, & uti contra ſecuritatem populorum moliens quiddā magnum, pœnæ legis Iuliæ Maieſtatis ſubiiciendus. Nam ſublatis legibus intra domeſticos parietes tutus erit nemo: nulla ſtabit ciuitas: ui gerentur omnia: cuius tamen amouendæ gratia conſtitutæ ſunt leges.

Nam genus humanum defeſſum, ui colere æuum
Ex inimicitiis languebat, quò magis ipſum
Sponte ſua cecidit ſub leges, arctaq́ iura.

(ut ait Lucretius) exploratum cuiquam non erit quid ſuum quid alienum.

Lib. v. de re nat. viii. diſti. c. quo iure uerſ. item tollē.

Nihil erit inter omnes æquabile, unumq́ omnibus ſummos cū infimis pari iure continens. Ex quo apparet fruſtra fuiſſe nos quicquam uel relictum, uel alias partum habituros, niſi ius ciuile nobis opitularetur. Quò fit, ut ei à maioribus patrimonii acceptionem, eius dein retentionem, atque in poſteros tranſmiſſionem debeamus, omnino pluribus iuri nominibus, quam maioribus noſtris obſtricti. Iam uerò quod expreſſim legibus cautum eſt, atque definitum, nec iuri controuerſo derelictum, nullius infringi potentia, nullius gratia flecti, nullius adulterari pecunia poſſe, quis ignorat? An quiſquā ex teſtamēto eius qui minor eſſet annis quatuordecim, cū teſtaret, quamlibet potens gratioſus, locuples quicquam apud Iudicem eſt obtenturus?

turus?ut meritò ſanctiſſimam rem id eſt maxime inuiolabilem ſapientiam ciuilem dixerit Vlpianus:eiusq; interpretes appellauerit ſacerdotes, æquũ ab iniquo diſcernentes, licitum ab illicito ſeiungentes. Qui quidem ſemp in ſummo honore,ac pretio fuerunt,& hodie etiam ſunt. Idq; non iniuria. Decet enim iuſtum & honeſtum laborem amplis honoribus, præmiis ingentibus,magno ſplẽdore decorari. Neminem ueſtrum ignorare arbitror præclariſſimi auditores,quantum populus Ro.Appio Claudio cæco iuris ſcientiſſimo detulerit,quemadmodum σοφὸν appellauit Sempronium:quo modo Caium Scipionem Naſicam optimum iudicauit patrum conſcriptorum conſenſus,q iure ciuili optime,& ad ciuium commodum ac ſalutem uteretur,licet Sabellicus in cauſſa huius cognominis uel iudicii ſubſtiterit:cui etiam publica domus in ſacra uia data eſt, quo facilius cõſuli poſſet.Duos item Aelios ſextum,& Publium quorum ille etiam diuitiarum fuit contemptor,iuris peritia ad honorem conſulatus populo commendauit:Publium porrò Atilium ad ferendum cognomen ſapientis, qui apud Ciceronem in Lælio Lucius Acilius ſcribitur. Publius quoque Mutius cõſularis & Pontifex maximus fuit:conſularis Manilius: Brutus uero prætorius omnes populi beneficio clari; qui tres ius ciuile fundauerunt. Alium populus ad conſulatum & proconſulatum euexit. Seruio autem Sulpitio in legatione defuncto uita ſtatuam pro roſtris poſuit in præmium æquitate iuris explicati. Quis item neſcit quemadmodum Alexãder Imperator Vlpianum parentem ſuum dicere non erubeſcat?itemq; quam pleno ore Iuſtinianus enucleati iuris cõſarcinatores cõmendet poſteritati?omnesq; Papinianum iuris Aſylum & Theſaurum,cuius è ludo tanquam ex equo Troiano innumeri iuris ſcientiæ principes exierunt? Interpretum aliqui tutores Imperatorum fuerunt,ut Alexandri Vlpianus: eos alii diſcipulos habuere,ut M. Philoſophũ Voluſius Metianus, quem alibi idem princeps amicum nominat,effertq; ſummis laudibus,qui Seruilium quoque (uulgo ſerbidium legunt)Scæuolam nondum factus Imperator audiuerat,Seueri deinde principis doctorem,& Papiniani, qui Principis eiuſdem condiſcipulus,nec non affinis per ſecundam uxorem fuit, ac ſucceſſor in adminiſtratione fiſci,& filiorum cura.Nam moriens Seuerus liberos ei ſuos commendauit. Quidam beneuolos,ut Saluius Iulianus eũdem Antoninũ, nec non Adrianum,& C.Cæſarem, Auguſtumq; Trebatius: Neratius autem Priſcus Traianum,à quo & ſucceſſor eſt aliquando deſignatus, prouinciasq; commendatas habere iuſſus,ſi fatale quid accidiſſet: Fabiusq; Sabinus cato ſui temporis dictus Alexãdrum, & Gordianum Modeſtinus: benignos etiam ut Offilius Auguſtum eundem: Maſuriusq; Sabinus Tiberium: aliiq; alios,dum conſules,Equites'ue creantur:uel adhibentur in conſilium, aut prætorio præficiuntur, aſſeſſores'ue præfecto dantur, uel libellos agunt; uti docet Pomponius libro Enchiridii primo, & cæteri quibus fuit curæ res geſtas literarum monumentis tradre. Didio quoque Iuliano Cæſarum uni,Saluiiq; Iuliani ſororis filio ſcientiam legum Euſebius aſſignat, qua tamen abuſus, & ſuorũ ſpoliis, quaſiq; ciuilibus manubiis diues ſupra modum factus accedẽte patrimonio,& Saluianis (ut ſuſpicor) opibus imperiũ licitari eſt auſus,eiusq; ſector dictus eſt. quod ei deinde ex merito fraudi fuit. Opilio quoque Macrino uideri poteſt hæc ſcientia imperium adſtruxiſſe. Nonnulli ad rerum humanarum faſtigium & pietatis arcem propter

l.i. de uar. & extraor. cognit.l.i. ff. de iuſti. & iu.

In.Ennead.

In l.ex diui C.de loca.

In l. diui fratres ff. de iur. patro.

l. ad exhibendũ C.ad exhib.

In l.ii. de origi. iur.

hoc genus prudentiæ (ut par eſt credere) ſunt euecti, ut Gregorius comes,
Innocentiuſq; Fliſcus cum paucis: penè autem innumerabiles puniceo ſunt
inſigniti pileo, ſummoq; conſilio adſcripti. Et dubitamus adhuc ſtudium
hoc excellentius omni alio, & præſtabilius iudicare: generiq; hominũ gra-
tius, & ad beneficiis deuinciendum quemq;, & ad opes augendas (quæ pars
Lib. Pharſal. iii. eſt tamen rerum uiliſſima, ut bellè inquit Lucanus) multò accomodatius?

Legum interpreti debent non ſui tantum ciues, ſed etiam alieni,
Cic. lib. de Ora- Suarum rerum incertos quos ipſe ſua ope ex
to. i. Incertis certos, compoteſq; conſili,
Dimittit, ut ne res temerè tractent turbidas.

Id quod apud Ennium facit Pythius Appollo. Cuius templum ſicut futu-
rarum rerum curioſi, hic huius domuni præſentium ſatagentes maxima
celebrant frequentia. Quæ res nõ patitur ipſius uel ſenectutem, uel affectã
ualetudinem deſtitui officiis, & ſalutationibus carere optimatium, atque
colloquiis. Nec minus gratiæ init à deo, qui in cauendo, non in decipiendo
hanc prudentiam iuris exercet, eiuſq; rationem nunquam ab æquitate ſe-
iungit, & ingenium laborem, fidem ſuam omnibus promptam, atque expo
ſitam habet, qua non rem tantum priuatam defendat unius commodo, ſed
publicum quoque patrimonium commodo uniuerſorum, quiq; mauult cõ
trouerſias tollere, quam conſtituere litium actiones: non minus inquã gra
tiæ, aut etiam plus init à Deo tam utilis uir humanæ ſocietati, ꝗ laboribus
non parcens conoionator aliquis integerrimus, ut animos hominum à ui-
tiis, rerumq; caducarum, & humilium admiratione, deflectat ad uirtu-
In proœ. ſum. tes, & contemplationem æterni, ſuperiq; domicilii, ubi beati ſempiterno
col. iiii. Iaſ. l. i. æuo fruuntur. Quod rectè cenſuit Hoſtienſis. Quid? qđ & Christus apud
nu. viii. de iuſti. parentem mortalium cauſſis eſt aduocatus, ut nemini dubium eſſe debeat,
& iur. quin aduocationis munus optimum ſit, atq; ſanctiſſimum, tandemq; uiros
Si enim de Pœ- iuſtitiæ cultores uocet in cœlum. id quod alibi ab Alberico traditum eſt.
nit. diſtin. viii. Poſſem alia ſi uellem, præſertim de legum ſcriptoribus quanti fuerint, ſiue
Alb. l i. C. de prudentiam ſpectes ſiue ſortunam, ab eorum principe Cretenſi Ioue, ut ſi
ſuffrag. gnificare uidetur Ennius, cũ ait in ſacra ſua hiſtoria, Poſtquam Iupiter ter
ras quinquies luſtrauit partituſq; eſt ſuis imperium, mores, leges, aliaq; cõ
moda conſtituit hominibus, immortalem gloriam memoriamq; adeptus
ætate conſumpta uitam cum morte commutauit: licet alii hoc decus ad
Moſem trahant repetita memoria, in quibus duces, reges, populorum pri-
marii, aliiq; ſtudio ſapientiæ clari, Imperatores, Romani Põtifices cẽſent.
Iob c. xxxvi. Chriſtus enim legiſlator ſummus quoniam extra omnem humanitatis aleã
poſitus eſt, haudquaquam in numerum redigi debet. ſed ea prudens omit-
to. Quæ tamen ac longè plura cũ animo concepiſſem, ſtudiumq; iuris om-
nium multo optimum iudicauiſſem, ad illud meam omnem curam, labo-
rem induſtriam conuerti. At me à libris, interpretum alioqui excellente in
genii magnitudine, & præclara eruditione iuris ornatorum infantia, & cõ-
fuſæ traditiones penè reiecerunt: quæ declarant illos & ſi latinam utendi,
fruendiq; iuris ſupellectilem ab Vlpiano, Paulo, Iuliano, cæteriſq; eiuſ-
dem notæ Iuriſconſultis relictam habuerunt, ſupellectili tamen Gothi-
ca uti maluiſſe non diſſimiliter, atque ſi tanta in aliquo homine primis il-
lis ſæculis iam frugibus inuentis fuiſſet peruerſitas, ut etiamnum glande
ueſceretur. At mihi Cimmeriis (quod aiunt) tenebris circunfuſo tandẽ ma-
ximo

ximo Chriſtis Immortalis beneficio quaſi clariſſimis ſol affulſit hic uir, hic inquam uir omni æuo memorabilis: cuius de laudibus eſt omnium fama conſentiens. Has ego miſſas facio tum quia flumen orationis aureum deſiderant, quod apud me nullum manat: tum etiam quod pudor à præſentis me præconiis retrahit, quæ audiens & ipſe non poſſet non pudore multo (quæ uiri modeſtia eſt) præfundi. Ergo mihi proſper ac ſalutaris Alciatus illuxit, meq́ in ſpem erexit melioris fortunæ. Porrò

Quid deſperandum Teucro duce, & auſpice Teucro? — Horat. lib. carmin. ii.

Huius tandiu ſub ſignis militaui, quo ad optimam peruincendarum iuris ſymplegadum uiam reperi, quam faxit Chriſtus, infiſti. Nec recedo nūc ſatur, ac plenus conuiua, ſed potius ab epulis diſcendi lautiſſimis prandio uix bene cœpto, adhuc rabida orexi abſtrahor. Quàm uellem ferret hoc ſæculum, ut aſſiduus tot annos huic maximè uenerando prudentium Coriſpheo operam darem, quot Platoni dediſſe Ariſtotelem memoriæ proditum eſt. ſed iam auditorjs nomen obſoleuit, ſecordemq́ eum dicunt eſſe, ac natum conſumere fruges (ut Flacci uerbo utar) qui popularem ſtudioſorum metam exceſſerit. Eſt tamen mecum ſingulari quodam fato incommodè actum, quòd penè ſerò hunc antiſtitem iuris cognoui, eiq́ non omne conceſſum tempus impendi. Vnum illud aliqua ex parte dolorem leuat, quòd facturi ſunt libri quos extare plurimos, & pulcherrimos ſcimus omnes, ut abſens adſim: in quibus uidetur mihi peritiſſimus hic uir ex lutulentis centonibus interpretum præclara quæque latinitatis dote locupletata redigere in artem pergere: quod Iuſtinianus ex numeroſiſſima legum ſylua iandiu perfecit exultantibus lætitia (ut credibile eſt) manibus Ciceronis, qui agens in humanis tale aliquid tantopere exoptauerat. Cæterum mihi decreto. Alciatum ſecuto cum alii quoque ex inſtituto ueterum interim eſſent audiendi, caſus obtulit quatuor præſtantiſſimos duces, omniq́ laude cumulatiſſimos, Lodouicum Catum, Iacobum Canicinum iuris pontificii omnium ſcientiſſimum, Philippum Rhodium, Proſperum Paſetum, de quibus ſatis certè ſcio nunquam ita magnificè quicquam dicam, quin eorum uirtutes id faciſe uincāt. ſed miſſa faciens quæ dici poſſet de toto hoc genere, ad Alciatum me conuerto, uti ea quæ reſtant, abſoluam. Tibi igitur florentiſſime præceptor gratias habeo, atque ago, quantas poſſum maximas nunquam paria tecum facturus. Nec adeo futurum eſt tempus ullum quo non (dum mei memor ipſe) tui cum ſumma caritate recorder. Tuorūq́ erga me meritorū memoriam nulla unquam delebit obliuio. Macte autem uirtute uir ampliſſime alumnum tuum Federicum agnoſce, eiq́ iſtis manibus tuis monſtrorum qui bus iuris ſcientia premebatur, uitricibus lauream ſummis laboribus (ut æquum eſt) patrimonioq́ etiam neglecto quæſitā (non enim meritam dicere audeo) impone. Iuuat (ut agam uerſibus mutuo ſumptis) integros accedere fontes,

Atque haurire: iuuatq́ nouos decerpere flores, — Lucr. i. & iiii. de re. nat.
Inſignemq́ meo capiti premere inde coronam,
Vnde prius nulli fuerint uelata meorum
Tempora, non temnenda licet per ſæcula multa
Stet fortuna domus, & aui numerentur auorum. — Verg. 4. Georg.

Ego certè primus in domū meam genus hoc laureæ, hæc uirtutis inſignia, hanc togam datæ legibus operæ, exantlatorumq́ in eis laborum indicem,

ac meæ in Iuriſperitorum numerum immortali horum grauiſſimorum patrum beneficio cooptationis teſtem cõferam. Quo nomine tam gaudeo, q̃ qui maximè. Pluris enim ſemper feci uirtutis ornaméta, q̃ ſcotitatem: cuius tantummodò rationem duxi, quod exemplis me domeſticis inflammauit, effecitq́, ut claris hominibus dedecori eſſe, ac tenebras offundere ne fas putarem: Itemq́ ut in re mediocri ab illis relicta conſtitutus, quãtum cõniti animo, quantum labore poſſem contendere, non efficerem, aut cõmitterem, ut ipſe uiderer mihi defuiſſe.

DIXI.

Eiuſdem pro cooptatione in collegium Placentinum, Oratio.

NEMInė ueſtrum non mirari arbitror uiri conſultiſſimi, quid ſit, ꝙ ego patria procul hiſce acceptis inſignibus huc prodeam, ut per uos accedat aliquid ad partũ decus, cũ fuiſſet æquius me uobis omnia ſumma debere uelle, de quibus ſilere præſtat, q̃ pauca loqui (ut ait ille) Nec auſim diffiteri litem ſecundum uos datum iri ſummo iure, ſeu ſtricto (ut notiore uocabulo agamus) inſpecto. Verunramen in cauſſam proſint exempla ueterum quam plurima, ex quibus apparet eos apud exteras gentes iis quibus aſſiduam dederant operam, apicem, & cætera doctrinæ huius noſtræ inſignia referre accepta maluiſſe. Sic Lambertinus Ramponius Bononienſis Cynum Sinibaldum Piſtorienſem in Bononiẽſi Gymnaſio, [a] ſic ibidem [b] Rainerius Foroliuienſis (ut par eſt credere [c]) Bartholum ſentinatem (fuit olim ſentinũ, quod hodie ſaxum ferratum eſt) ſic ſentinas Bartholus Baldum Peruſinum, [d] ſic Tudiſcum Catanæum Zabarellus Patauinus tum recens in antiſtitum Cardinalium ordinem adſcitus ad hoc dignitatis promouit: [e] ſic Hieronymus Puccius Florentinus Philippum Deciũ Mediolanenſem Piſis [f] alliq́ alios, ut uariis in locis apud iuris autores reperire eſt. Igitur quæ inuidia eſt Alciatum Mediolanenſem Scoto Placentino Ferrariæ lauream impoſuiſſe filio parentem, magiſtrum diſcipulo, qui quidem iam omnium aures compleuit ſono potius exiguo, ac ſuaui, quàm uaſto, & ſtridenti edito,

Paruus ut eſt cygni melior canor ille, gruum quàm
Clamor in ætheriis diſperſus nubibus auſtri,

quemadmodum inquit Lucretius! Date nobis (quod utique dandũ eſt omnibus) fas fuiſſe nos hominum clariſſimorum ueſtigiis ingredi. Fuerit hoc denique fateri per quem profecerim. Quod benignum, & plenum ingenui pudoris eſſe Plinius ait. [g] Et in hanc ſententiam uos omnes ampliſſimi patres inclinare ſentio, ut ego pudentis uiri ſim functus officio. Cæterum ſic habete, parum adhuc me conſecutum eſſe, futuramq́ mihi multò antiquiorem in auguſtiſſimum collegium ueſtrum cooptationem. Quam precibus à uobis ſplendidiſſimi uiri contenderem, niſi uererer, ne ſuſpicaremini me humanitati, & beneficentiæ ueſtræ diffidere.

DIXI.

a Caſtrenſ. l. ult. C. de uſufr.
b Bar. l. quidam cum filiũ nu. viii. ff. de ꝟ. oblig.
c Arg. Iaſ. l. oẽs populi utr. lect. in prin. de iuſti. & iur.
d Bar. l. quoties §. ſi duo. ff. de hæred. inſti. ꝑſuadamus ad doctoratũ &c. Caccialup. de mod. ſtud. doc. v. col. v. apud utrunque caſtigandus codex.
e Abb. in ru. de iud.
f Frãc. Boeza Hiſpan. in uita Dec.
Lib. de re. nat. 4
g Iaſ. Inſtit. de actio. in fin. tit.

FEDERICI SCOTICO MITIS ET IVRISCONSVLTI PLACENTINI, RESPONSVM PRO FAMILIAE SCOTAE IMMVNITATE.

PLVRIMA SVNT argumēta, quibus ueluti machinis quibuſdá gentis Scotæ priuilegium defendi poteſt aduerſus Placentinam ciuitatem, quæ quidem non caret repræhenſione, nec ſatis nobilitati ſuæ cõſulit, quòd nouis rebus aſſidue ſtudet, [a] Scotamq; fami liam ſubinde immunitatis debito iure, & à, ſe (quantum ſtatus ſui facultas tulit) conceſſo fraudare aggreditur. [b] Quo nihil fieri poteſt nec ingratius, nec perfidioſius. Nam & conuentis ſtare nolle perfidioſiſſimum eſt, [c] & ingratiſſimum magnæ licet ueteris gratiæ obliuiſci. Nec huiuſmodi uitia leges impunita ſinunt. [d] Plane dubium non eſt, quin hodierna ciuitas ſit eadem cum illa, quæ multis ante ſæculis uixit. [e] Vt autem qualis, & quanta fuerit huiuſmodi gratia, cuiuis eſtimare poſſit, & tandem (ut Maronis aliquid uſurpem) auxilio iuuet ante leuatos

Et bene apud memores ueteris ſtet gratia facti, — Lib. iiii. Aeneid.

rem geſtam paucis exequar. Annus ſupra ducenteſimum undecimus agitur, cum Franciſcus eques unus, e, maioribu s familiæ quam dico, eius Alberti filius, quem inſignis amphibologiæ reſponſo à malo quodam genio quem conſulebat illuſum fuiſſe memorat Albericus, [f] & factionis Guelphæ principē Sabellicus in Enneadū libris appellat: & in quo uarium fortuna luſit ludum, ut cui ter Placentiam, Mediolanum ſemel ſubieciſſet, eundem patria pulſum apud exteros denique mori coegerit: parente ſuo extorre uita functo (fuit exilil ſedes Crema) & Vicecomitū, atque pontificum, in quorum partes deinde Placentini ſeceſſerant dominatu aliquot poſt annis excuſſo patriæ declaratus eſt princeps liberrimo uniuerſæ ciuitatis ſuffragio. id qđ nō exercuiſſe tyrannidē Scotū diſertē ſignificat, in quem à ciuibus ſponte ſumma poteſtas eſt collata, qui temporibus illis ſui iuris poterant uideri, cum nullus eſſet Imperator duorū Alberti, Henriciq; improuiſa morte, grauiſſima tertii (Lodouicus is Bauarus fuit) cenſura

a Iaſ. l. in rebus. ff. de conſtit. p̄nc. fac. in auth. de app. §. illud ēt. Spec. de feud. §. quoniá ꝟſ. ego talis iuro. Bal. đ. pa. cōſt. §. uaſalli uer. pactiones. c. hæc autem xxx. diſt. c. cum conſuetu. de conſue.

b l. i. ff. de cēſi. Alex. cóſ. ccxvi. col. ii. lib. ii.

c l. i. de pact. l. i. de conſt. pec. c. illæ autem uer. fides q̄. xxxii. q. v.

d Arg. l. furti. §. ult. de iis qui not. infa. ff. de dolo per tot. l. i. §. i. uerſ. cum uero exg. ff. depoſ. C. de ingr. lib. C. de reuo. donat. l. aut facta ꝟ. infidæ de pœn. l. fi. in auth. ut cum de app. cogno. §. aliud quoque cap. cum ſimil.

e l. ſicut §. fin. ff. ꝙ cuiusq; uniuerſ. l. proponebatur. de iud.

f In l. nemo. C. de iud.

ab Ioanne huius nominis uigeſimoſecũdo pontifice orta, à duodecimo autem Benedicto confirmata: itemq́ pontificum abſentia & huiuſmodi rerum ſecuritate nimia ingẽtem mutationi rerum occaſionem præbentibus adeò, ut quemadmodum nauis ſine gubernaculo omnibus eſt obnoxia fluctibus, ſic Italia omnium ipſam exagitare uolentium quatereť motibus. Vnde fas Placentinis fuit Scoto præfecturam, & dominatum aſtruere,[g] ut tandem ciuitati & per unum celerius, & per dominum accuratius conſuleretur.[h] Tyrannus autem is eſt, qui nolentibus imperat (ut inquit Ariſtoteles) unde illud de Auguſto principe, uictorq́ uolentes perpopulos dat iura à Marone libro Georgicorum quarto ad tyrannidis ſuſpicionem amouẽdam ſcriptum eſt. Probabiliter autem Placentina ciuitas uideri poteſt ad Scotum non ſemel confugiſſe, & ſe in eius contuliſſe poteſtatẽ, eiq́ fidem habuiſſe ob aſſidua in rẽp. ſtudia huius familiæ, inſignemq́ amorem, qui longitudine coaluerat, & auctus in immenſum fuerat. Agebatur.n. iam tum cum Franciſcus ad dominatum adſcitus eſt, annus ſupra quingenteſimum ſexageſimus quintus, ex quo è Scotia originem, trahens, ibiq́ Dulgreſſi comes Guilielmus rei militaris ſcientiſſimus ꝙ Roma, quam paulo ante cum Carolo Magno adierat, quem & in Italiam uenientem fuerat ſequutus, rediens in morbum incidiſſet, Placẽtiæ curationis cauſſa ſubſederat (ut eſt à noſtris maioribus nobis per manus traditum) qui poſtea ualetudine defunctus aduerſa, & loci bonitate captus ibidem ſuum conſtituit domiciliũ, & poſitis ſedibus Antonii Spectini (hæc gens ad ima ſubſedit, paucíq́ ruri hoc tempore agunt duriter, at illius extant inſignia, ſeu ſtemmata in æde Laurẽtiana in ſepulchralibus inciſa marmoribus, humi unũ ante arã principẽ pp oſtium, qđ ducit ad ſacrariũ, ſodaliũq́ periſtylũ, alterum ſublime ante adytum ab dextera prope ſuperum limen oſtii ducentis ad campani æris turrim, cui inſigne etiam noſtrum adiacet; incolitur præterea caſtellum in collibus nomine ſpectinũ, quod probabile eſt uel dediſſe nomen ſpectinæ genti, uel ab eadem illud accepiſſe) filiam quam ille habebat unicam, ſibi matrimonio copulauit, ex qua ſuſcepit aliquot liberos, unde Scotorum genus, & cognomen ſerie longiſſima ad ſeptingentos ſeptuaginta unum annos deductum eſt, cui uel hodie tribuenda eſſet immunitas hoc nomine, ſi antea nullam habuiſſet.[i] Nec uerò hæc gratia generis iactandi dicta exiſtimari uelim, quantumlibet id moris ſit Scotæ nationi, unde nobis origo eſt, ſed qa ſic iubet neceſſitas. Porrò finitimus Azo qui & à nonnullis uocatur Accius Vicecomes obſtitit, ne longius hic recens Franciſci dominatus procederet. Nã comparato exercitu Placentiam obſidione cinxit, quaſi

Medio-

[g] Iaſ. l. ex hoc iure col. i. ff. de iuſt. & iur. additio. ad Abb. c. inter dilectos de donat.

[h] arg. l. ii. §. deinde quia. §. nouiſſime ubi glo. ff. de orig. iur. c. in apibus vii. q. i. Iaſ. cõſ. ccxxxvi. in prin. lib. ii. glo. l. Barbar. de offic. prætor. l. ii. ubi glo. C. quan. & quib. quar. pars. lib. x. cũ ſimil.

[i] Arg. l. non tantum. §. ilienſibus ff. de excuſa. tuto.

Mediolanenſis principatus urbem abiuratam repetiturus, ut eam reliquo corpori agglutinaret. Per aliquod mẽſes urbs ſtrenuè defenſa eſt, hoſtesq́ multa cum ignominia à mœnibus repulſi. Sed cum in dies commeatus inopia magis ac magis ſentiri cœpta eſſet, nec minus interim ab hoſtibus uariis de cauſſis laboraretur, ſummo tñ opere annitentibus, ne infecta re domũ abirent, Franciſcus (quo erat in patriam animo) ne eam in maius aliquod diſcrimẽ adduceret facilè ceſſit Azoni, in eumq́ dominium patriæ, cuius ſalutem, ac dignitatem ſua dominatione, ac domeſticis commodis habebat priorem, citra, ullum maius negotium tranſtulit ipſe eo abiens, recepto ſibi ex pacto opera Iacobi Caſſii Placentini ex Tarrenſi ualle pacis ar bitri cum eodem Azone, & ciuibus ſuis conuento inter cætera iure ampliſſimo immunitatis, quo ipſe cum omni ſua poſteritate in futurum tranquillè, ac pacatè nulli ſubiectus oneri neque perſonali, neque patrimoniali tam acquiſitarum, q̃ acquirendarum unq̃ à ſe poſterisq́ ſuis fortunarum ratione, nec etiam mixto ordinario'ue aut extraordinario, frueretur. Subit nunc Othanis ſiue Oſthanis (ut Trogus ſcribit) exemplum, qui cum in ſortem Perſici regni uenire noluiſſet, à ſex ui ris priuilegium, ne unq̃ ipſe, eiusq́ poſteri eorum cuiquam, eis'ue ſuccedentium ſubeſſent (ut eſt apud Herodotum) impetrauit, & præeſſe recuſauit ſic, ut nec ſubeſſet. Cæterum maluit Franciſcus homo alioqui non humillimus (ut aliud nihil dicam) priuatus agere, ubi aliquando imperaſſet (quod admodum graue eſt, ubi enim non ſis, qui fueris, non eſt cur uelis uiuere) quò patriæ conſuleret, q̃ imperium uel retinere, uel ſaltem cum anima deponere ingenti calamitate utram in partem alea fati cecidiſſet, prius affecta ciuitate. quæ remunerandæ caritatis huius gratia recepit ad ſe quicquid oneris Franciſco, eiusq́ poſteris alias eſſet iniungendum. Quod apparet, quia lectum eſt ſubinde in epiſtolis principum, & iudicum ſententiis, onera, quibus alioquin Scoti eſſent ſubiugandi, debere in alios diſtribui, & uice Scotorũ ipſam uniuerſitatem principi facturam ſatis in hoc, ne fiſcus inde quicquam capiat detrimenti. Quò fit, ut tanquã onere iniuncto uniuerſitati, quod uni demptum eſt, cæteris accreuerit: [a] uel quaſi ciuitas per ſe hoc priuilegii indulſerit Scotis, fiſco id factum nihil detraxerit, cum & hic uniuerſitas in ſe à gente Scota onus tranſmouerit. Quod longè ſecus eſſet, ſi fortè per ſe hoc idem effeciſſet princeps. In ciuitatem enim alienum munus haud eſſet transferendum, [b] niſi ſuum alicui, ut prætori ſtipendium diſſolui oporteret. [c] Idem ſi eſſet indicta uiritim collecta ad exemplum capatationis ut neque hic, qui eximitur, alii ſit oneri. Hæc autẽ & Iaſoni [d] placuerũt, Nec q̃ Imola-

a Bal. c. ſecundo requiris ad fi. de appell.
b l. nec auus. C. de emãcip. lib. l. cum filius. ff. de teſta. milit. l. I. C. ut nullus ex uica. lib. x.
c Bar. l. ab omnibus. ff. de leg. i.
d In l. auius neptis. col. ii. ad fi. & ſeq. ff. de pac. Ant. Frã. ad Abb. c. cum dilecti de donat.

